



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>




UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



900000173477

Digitized by Google



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



900000173477

Digitized by Google



LOCVS CONVERSIONIS
S Eustachij in Monte Vulturello

ATHANASII KIRCHERI
E SOCIETATE IESV
HISTORIA
EVSTACHIO-MARIANA

Qua

Admiranda D.Eustachij, Sociorumque Vita ex varijs Authoribus
collecta; Locus in quo eidem in Monte Vulturio Christus
inter cornua Cerui apparuit, nouiter detectus; Ecclesia
quoque B. M. Virginis, quam eodem in loco a Constantino
Magno conditam, S. Syluester Papa I. solemini ritu conse-
cratione traditur, summo studio inquisita, descripta, necnon
varijs Antiquitatum Monumentis illustrata, è densis, qui-
bus hucusque delituerunt, tenebris, in publicæ lucis bo-
num educuntur.



ROMAE, Ex Typographia Varesij. MDCLXV.

SUPERIORVM PERMISSV.

Baron de Uaffraer. Arouw.

ILL.^{MO} ET REV.^{MO} DOMINO
D. IO. NICOLAO
DE COMITIBVS
VIG.^{MO} VRBIS GVBERNATORI
necnon Beatissimæ Virginis Mariæ
in Monte Eustachiano

ABBATI DIGNISSIMO

Athanasius Kircherus e Soc. Iesu felicitatem precatur.

 Istoriā Eustachianā simul
ac Marianā in lucem editu-
rus, cui maiori iure quam Ti-
bi, Amplissime Præsul, dica-
rem inueni neminem. Siue enim Placi-
dianæ Conuerzionis in Monte Vulturel-
lo locum species, quidquid de eo com-
memoro, id totum ex aitæ hæreditatis
possessione Tuum est: siue Aedem Dei-
paræ ibidem à Magno Constantino ex-
tructam consideres, id ratione Ecclesia-

stici muneric, ex quo dignissimi Abba-
tis titulo gaudes, totum iure optimo
nominis Tui Splendori debetur, non
quod Tuæ famæ, quæ mundo inclarescis
scriptis meis quicquam ornamenti adji-
cere me posse sperem, sed ut studiorum
meorum conatus inde & plus obtineret
authoritatis, & Tu meæ in Te obseruan-
tiæ, atque existimationis symbolum ha-
beres Cedro perennius. Ut enim in hu-
ijs Opusculi partem venias, magis mea
interest, quam Tua: Tibi enim laboran-
dum non est, ut famam aucuperis benè
merentis, quam æternum iam stabiliuisti,
cum ob virtutum Tuarum præstantiam,
cum ob altam Domus à qua descendis
profapiam, quæ antiquitate, quæ rerum ge-
starum gloria nulli secundam: hæc iam
à quindenis ferè sæculorum ætatibus in
hæc usque tempora traducta, non ingens
dumtaxat gloriæ thema Scriptoribus di-
stauit semper, sed & in eo explicando
omnium pænè Historicorum exercuit
ingenium; ex quæ nimirum præter de-

nos

nos Pontifices in Sedis Apostolicæ solium protectos , quinque supra virginis purpuratorum Patrum sublimitate illustrati , cæterique Ecclesiasticæ dignitatis honore clarissimi , & Episcopi & Abbates , quorum non est numerus , Orbis Terrarum cum admiratione prodierunt ; vt interim fileam celeberrimos Vrbis Præfectos , potentissimos Romanorum Consules , fortissimos tum Pontificiæ , tum Cæsareæ militiæ Duces , quorum seriem longum foret producere . Hisce accessit virtutum Tuarum à Majoribus Tuis haud degener splendor , non dispar ad res magnas gerendas innatus Confisi & Prudentiæ vigor , quibus instruitus , Apost^o Sedi Auenione Vice-Legatum magna omnium approbatione egisti : Marcam Anconitanam pari laude rexisti , modo quoque Romani Gubernatoris munere fungeris , eo vitæ morumque exemplo , vt inviolabili Iustitia & æquitate Vrbem non vincias tantum , sed adeò eam Tibi deuincias , vt Tui tam:

tam arbitrij fecisse videaris. Quam ob
rem emolumenta, quæ ex meritorum
Tuorum cumulo in publicum emanare,
vti maxima intuemur, ita quoque longè
maiora nos quandoque consecuturos
confidamus; cum in eo potissimum gra-
du constituaris, in quo & authoritate
polles ut possis, & zelo abundas, vt ve-
lis magnæ Menti Tuæ capacitatem glo-
riosis pro honore Dei & Ecclesiæ bono
susceptis laboribus impendere. Sit ergo
Opusculum hoc perenne meæ in Te
promptæ voluntatis monumentum, mo-
dicum quidem illud, at magnæ Virginis
& Eustachij magni Martyris argumentis
immensem, quod pro solita & insita Tibi
benignitatis affluentia Te acceptaturum
confido, ut meum quidem, at Tibi iam
dudum debitum, ita Te defensurum uti
Tuum, sed à me nescio quo instinctu
ac pietate profectum. Vale Romanæ
Nobilitatis & Ecclesiæ clarum decus.
E Coll. Rom. 12. Aprilis MDCLXV.

INDEX

INDEX CAPITVM.

| | |
|--|--------|
| Prefatio ad Lectorem | fol. 1 |
| PARS I. Admirabilis S. Eustachij, olim Placidi vita | |
| Caput 1. De Prima Placidi ad Christum conuersione | 5 |
| Caput 2. De ingentibus Eustachij calamitatibus, quas Christus cum fibitum prædixerat, in ærumno so vitæ suæ statu toleratis | 10 |
| Caput 3. De itinere S. Eustachij, Vxoris Filiorumque in peregrinas Regiones suscepto, & de calamitatibus, quas in eodem passi sunt | 15 |
| Caput 4. De Eustachij in pristinum vitæ statum restituione | 22 |
| Caput 5. De Eustachij Sociorumque martyrio | 36 |
| PARS II. Genealogia S. Eustachij à primis Romanis Régum temporibus, in ultima ætatis nostræ tempora traducta | |
| Caput 1. De Octaviæ stirpis origine, à qua S. Eustachius descendisse ostenditur | 48 |
| Caput 2. De Octaviæ Familiae à Cæsare Augusto ad Placidi sive S. Eustachij tempora propagatio ne | 54 |
| Caput 3. De Octaviæ domus à S. Eustachio ad Terribus | |

tullam Senatorem Romanum propagatione ex
Francisco Zazara .

57

Caput 4. De familiæ Eustachianæ à Tertullo in poste-
riore tempora propagatione .

64

Caput 5. De Genealogia Comitum Signiae , Poli &
Valmontonis , inserta Genealogiæ S. Eustachij , à
Tertullo Senatoro Romano p̄eimūla in Comites
Tusculanos , & deinde in dictas Comitum fami-
lias continuata serie deriuata .

72

PARS III. De Loco conuersionis S. Eustachij ad Chri-
stum .

Caput 1. Descriptio loci conuersionis S. Eustachij .

84

Caput 2. De loco proprio vbi Christus inter cornua
Cerui visus , S. Eustachio conuersionis occasionem
præbuit .

86

Caput 3. De Prædijs S. Eustachij , olim Placidi , & vbi-
nam illa extiterint .

91

Caput 4. De summa deuotione , quam veteres Chri-
stiani erga hunc locum olim demonstrabant .

98

PARS IV. De fundatione Ecclesiæ S. M. de Vulturella
aut Vltouilla , vulgo *de Monterella* , eodem in lo-
co , in quo Christus inter cornua Cerui , à S. Eusta-
chio visus , conuersionis Placidianæ occasionem
præbuit , à Constantino peracta .

Caput 1. De Constantini Magni ferore in Ecclesijs
construendis .

101

Caput 2. De prima Ecclesiæ Deiparæ in Monte Vl-
turello fundatione à Constantino facta .

107

Caput 3. De secunda Ecclesiæ Deiparæ-Eustachianæ in-
stau-

| | |
|--|-----|
| ¶. 1. Restauratio & S. Benedicto accepta, & a Postoris suis successu istamponis perfecta. | 111 |
| Caput 4. De hodierna Ecclesiae Mariae-Eustachianae constitutione accurata descriptio. | 118 |
| ¶. 5. 1. De Tabula lignea vetustissima. | 120 |
| ¶. 9. 2. De sacris Crucibus vetustissimis, & Candela- bris, quae in hunc usque diem in hac Ecclesia con- seruantur. | 132 |
| Caput 5. De picturis quae in Ecclesia B.M. de Vultur- la adhuc reliqua spectantur. | 136 |
| Caput 6. De Monasterio Ordinis S. Benedicti Ecclesiae adnexo, eiusdemque redditibus. | 141 |
| Caput 7. De ingenti Peregrinorum, qui B.M. de Vultur- ella certis anni temporibus, florente adhuc Mo- nasterio, devotionis causa visitauerunt, multi- dine. | 146 |
| PARS V. De Ecclesia S. Eustachij in Urbe, eiusque fundatione. | |
| Caput 1. De loco Ecclesiae S. Eustachij in Urbe. | 151 |
| Caput 2. De Ecclesiae statu, consecratione, & inscriptio- nibus in ea reperitis. | 155 |
| Caput 3. Descriptio nonnullorum locorum, quae Mon- tem Vulturinum B. V. Mariae & S. Eustachij cir- cumiacent. | 168 |
| Anacephalosis dictorum metricarum. | |

10. AN.

IOANNES PAVLVS OLIVA
Societatis Iesu Præpositus Gener.

CVm Historiam Eustachio-Marianam à P. Athanasio Kirchero nostræ Societatis Sacerdote conscrip- tam, aliquot eiusdem Societatis Theologi recognoue- rint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandetur, si ita ijs, ad quos per- tinet, videbitur. In cuius rei fidem, &c. Dat. Romæ 3. Februarij 1665.

Ioan. Paulus Oliva.



Imprimatur, si videbitur Reverendiss. P. M. S. P.

O. Archicpfst. Pastracæ. Vtsefg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Ap. Pal.
Mag. Ord. Præd.

HISTORIA EVSTACHIO--MARIANA

Quā

Origo, Antiquitas, & Fundatio Ecclesiæ Beatæ Virginis olim Vvltuilla, modo de Monterella, in montibus Polaniſ describitur, & sita est eodem in loco, in quo PLACIDO quondam Traiani Cæſaris Archistratego, postea Euſtachio, Christus inter Cerui cornua viſus, conuerſionis eius dedit exordium, & fundandæ Ecclesiæ eodem in loco occaſionem Constantino Magno præbuit.

PRAEFATIO

Ad Lectorem.



DEM mibi, Benigne Lector, accidisse videtur, quod ijs, qui dum in agro- rum culura spinas & senticeta extirpant, Campos in fulcos findunt, lapides, & saxa excavant, eum ex improuiso, quem nunquam intenderant, nunquam sperare poterant, theaurum reperiunt. Lustrum ferè iam labitur, quo per Romani

A

Ter-

Territorij campis, mones̄, Sylvas, longe latèque diuagabat, eo fine, ut veneranda antiquitatis monumenta. Veterum Scriptorum ductu inquirerem, quae magno emolumento futura sperabam, iste Operi, quod de Veteris LATIIS situ, vrbibus, montibus, fluminibus, & superstribus in ijs veteris magnificentia ruderibus, animo iam conceptum moliebar. Anno itaque 1661. cum montium Polanorum Prænestinorumque scrutinium aggredi constituissem, Tibure initio itineru ducto per asperrimos montes, & rupeos Clivorum tractus circa meridianum tempus non sine labore in horrida solitudinis districtum, ingentium saxorum veluti corona quadam circumdata appuli; verè locum horrore plenum, siquidem uti saxosa montis pyramides altitudine sua Cœlum ferire, ita pendentium scopulorum precipitiæ in formidabiles voragine terminata non sine vertiginis motu infernum exprimere videbantur. Inter horridam hanc rerum faciem paulò ulterius progressus nec scio cuius vestigia recti inter arbores & rupes obscurè se manifestantiū intueor, cui propior factus, Ecclesiam vetustate pœnè collapsam, obuiam apertamque reperi: obstupui primò, & quanam in tam plena terroris solidudine Ecclesia esse posset: ancys hæsi; ingressus verò circumque amplam integrumque, obscuram verò Sanctarum imaginum picturis, sculpturisque etiam venerabilem compresi, veteris pietatis devotionem spirabant omnia: In medio Ecclesia altare clathris ferrea circumdata spectabatur; in quo ligneum Magna Deipara Filiolum brachio strigentis simulachrum, tametsi vetustate erosum, nec non pulueribus telisque arancorum obsecum, spectantes ramen ad

ad devotionem mirum in modum sollicitabat ; Ceteri dixi-
ses pauperem Dei Matrem de sui in hac solitudinis vesti-
tate , neglectu , incuria , & necessitate quedammodo con-
queri , immo nonnullum ad tanta paupertati subservientiam
subsidium ab aduenis , oculis manibusque efflagitare tre-
didisses ; cuius intuitu , nescio quibus interna deuotionis flui-
mulus viscera insolito more ita incaluerunt , ut exinde
nullum non mouerim lapidem , ut Ecclesia Magna Ma-
terio adeo neglecta quicquid in eundem locum suscorta pe-
regrinatione , desideratum subsidium , & omnia que ad
Ecclesiam debet ornatum maxime necessaria videbantur ,
pro paupertatu mea modulo conferrem . Hinc ad parietes
conuersus varia inscriptionum picturarumque schemata
deprehendi ; ex quibus tandem luculenter cognoui , hunc
eundem locum esse , in quo admiranda (quam paulò post
descripturus sum) Sancti Eustachij ad Deum conuersio
accidisset que cornu fundanda hoc in loco Ecclesiae in
Deipara & Diui Eustachij cultum consecrata occasionem
prabuisset . Rem raman exactius examinandam ratus , in
proximum montis iugo impositum pagum , quem vulgo
Guadagnolum vocant , me contuli , ubi à loci parocho
Francisco Capito sto viro optimo , de omnibus & singulis
quam minutissimis instructus , quod suspicabar , verum
esse cognoui . Profana itaque monumenta sectatus , sa-
crum hunc inter inaccessas montium rupes latenter thesau-
rum inueni . Qui vti in hunc usque diem in paucorum
notitiam deueni ; ita quoque me Deo , eiusque benedictae Ma-
tri obsequium præstiturum existimavi , si tum ad Deipara
Virginis , tum Diui Eustachij honorem deuotionemque hoc

in hoc loco propagandam, totius hystoria seriem, quantum ex
 Marys variorum relationibus Archivisque comperire licuit,
 Oxibi exponerem. Quoniam verò hic idem locus est, in qua
 dantia cum seruo, suo Eustachio miracula Divina miseri-
 cordia operari dignata fuit, hic primo tam Diui Eusta-
 chij, uxoris, filierumque vitam in prima huius operis
 parte ex Metaphraste, Damasco, Surio, Baronio,
 Lipomano, alijsque de promptam una cum genealogia
 eius describam, in reliquis verò memorare Ecclesie ori-
 ginem, antiquitatem, fundationem, unā cum vero et
 genuino loci situ, quanta fieri poterit claritate prosequar.
 Vale Lector, capitisque faue.



PARS

PARS PRIMA.

Admirabilis Sancti Eustachij olim.
Placidi Vita.

C A P V T I.

De prima Placidi ad Christum conversione.

ANNO Salutis nostræ centesimo tertio, sedente Sancto Anacleto Pontifice, Romanî Imperij habenas moderante Traiano Cæsare Augusto, tertio Consulatus sui anno, in exercitu contra Dacos, cæterisque barbararum gentium Nationes, iauentus fuit ingentis animi vir, ac virtutis bellicæ gloriæ celeberrimus Placidus, vel, ut Nicephorus & Ioannes Damascenus, volunt, Placidas nomine, cuius ope, armorumque qualitate, pollebat tractanderum peritia, contra Decebalum Dacorum Regem Traianus insignem obtinuerat victoriam, in qua Dio Historicus tantam vulnerarum multitudinem remansisse scribit, ut deficientibus ad medicanda vulnera pannis, ipse Cæsar vestes proprias concissas usui Chirurgorum concesserit. Hac adeò feliciter perfecta expeditione, alijm mox contra Persas: moventes, horum numerosum exercitum pariter ad intercessionem delerunt. In bello contra Iudeos suscepito Placidas Equitum agebat Magistrum XII. Legionis, cuius

Placidus
dux militum
contra Da-
cos,

Ingens clat-
des hostium,

Expedicio-
contra Per-
fas, & Iu-
deos,

Tra-

Traianus Duxtor erat : qua expeditione hostium contumaciam ita perfregit , vt deinde contra Romanos , nemo amplius ceruices erigere sit ausus . Rebus itaque tam præclarè gestis , tot obtentis victorijs , tot potentissimis exterarum Nationum Regibus domitis , subiugatisque , Traianus cum Placida Achte suo fidissimo Romam victor , tota triumphante Vrbe , ingreditur .

Habitus corporis in Placido.

Erat Placidus corpore robusto , vultu regiam quandam maiestatem , cui seueritas cum mira quadam affabilitate sociebatur , exprimebat ; Vnde ob insignem animi moderationem in omnium oculis ferebatur , & quod in viro Gentilium adhuc erroribus inuoluto mirum videti poterat , vnicum pauperum , pupillorumque in necessitate constitutorum asylum refugiumque . Cæsari erat adeò gratus , vt sine illo nec esse posset , nec ullum pectoris sui adeò arcantum in nouis expeditionibus , quas moliebatur , consilium tenebat , cuius particeps non saceret Placidum ; vnde tantam , ob partam toties bellicæ virtutis gloriam apud hostes famam acquisierat , ut vel solo nomine illis esset terror , quem cum intellexissent adesse , satis haberent , vt saluti suæ fugè consulerent : Quocirca non solum in summa apud omnes erat veneratione , sed & in dies maioribus à Cæsare honorum titulis condecoratus , facultatumque potentia auctus , personam suam eo splendore & magnificentia , quæ tantum detinebat Duxem , agobat . Desponderat sibi Placidus uxorem Traianum nomine , præter dotes inuicibili sexui congruas , virilis pectoris semper ad alta & ardua intentam foelninam ; marito quoad naturæ talenta

Gratus Traiano Cæsari.

Placidus terror hostium.

Matrimonium Placidi.

ta quam simillimam, ex qua duos suscepserat filios à paternis virtutibus haud degeneres. Si quandoque à bello negotijsque bellum concernentibus ei honestum dabatur otium, tum solita illà (quæ belli quædam meditatio est) venatione occupabatur. Accidit itaque, vt cum in suburbanis villis rusticanti, nonnemo ex Venatoribus annunciasset, ceruorum non procul indè armentum in alti montis pascuis stabulari, statim indè mouens, cum inter cæteros ingentis molis ceruum conspexisset, tanto eius capienda ferebatur desiderio, vt nulla esset tam aspera rupes, nulla tot spinis sentibusque inuoluta via, tamen exasperata saxonum conglomeratione vallis, quam non penetraret, imò & sui & sociorum oblitus, per aura & deuia prædam, quam sibi spe deuouerat, insecurus, nil non meditabatur, quām ut imolite molis feram confessarii sui iuris faceret. Ceruus interim insecurione concitator, veluti omni eluso Placidi conatu, drepente impetu facto cum in altissimi montis rupem insiliisset; Tum enim verò Placidus ad tam insolitum & viribus feræ longè disparem saltum stupefactus, ab eo, quem persequebatur, nefcio quibus occultis viticulis capiebatur. Quid faceret hic Placidus? ò quoties adiutum ad rupem tentabat, quoties venabulum ac tela vibrabat, quoties ascensum moliebatur, ac tela vibrabat; at frustra, tam enim editam descendere rupem, nil aliud erat, quam Icaros tentare ausus, Ceruum quoque clabi sinere, quem tot itinerant erroribus laboribusque insecurus fuerat, pectori suo adè generoso minimè convenire censebat, ex altera parte inaccessa rupis altitudine.

Venationi
deditus Pla-
cidus.

8

Pars I. Vita

ei omnem de præda capienda spern adimebat. Dum itaque in horrendæ solitudinis recessu omni comitum auxilio consilioque destitutus, anxio fluctuaret animo, ecce cælestis oraculi vox è rupè delapsa, hisce eum verbis affata est: *Placide, Placide, quid frustra me persequeris?* Eustachius hac voce stupefactus & tremebundis totius corporis membris cum respexit in rupem, ecce, ò mirum dictu spectaculum! inter ramosa cerui cornua, immenso fulgore radiantem, ignotam tamen sibi imaginem vidit, priora verba intonantem, *Placide quid me persequeris?* Is ad hæc cælesti quodam horrore percussus, cum vix linguam in verba animare posset, tremula, & interrupta suspirijs voce respondit: Domine, Domine mi, indica mihi per bonitatem tuam, quis tu sis, & quid à me fieri velis, significare ne dignare seruo tuo. Ad hoc imago respondit: Ego sum Christus Iesus, conditor omnium Deus, æterni Patris Filius, qui ineffabili humani generis amore & desiderio, è sinu patris in terram descendii, humana carne vestitus, Mundum morte mea Patri reconciliaui; vt quotquot legem meam acceptare voluerint, cohæredes efficiantur Regni Cælestis. Vade ergo protinus in Vrbem ad Christianorum Sacerdotem Ioannem nomine, à quo in lege mea eruditus, ac Sacri Baptismatis fonte vnâ cum uxori tua filiisque rinctus, ad hanc stationem reuertaris: & ego tibi Cælestis Regni mysteria pandam, & non solum quæ euentura tibi, sed etiam quantum te oporteat pro nomine meo pati; manifestabo. Placidus ad hoc nunquam visum auditumque spectaculum, totis visceribus tre-

Apparitio
Christi inter
cornua Cer-
ui.

Christi ad
Placidum
verba.

Baptizatur
Placidus ius-
su Christi
cum tota
domo sua.

tremens, & admiratione medullitus stupefactus, iactis iam in animam eius Diuini Verbi feminibus, Equo omnium tremore membrorum consenso, mandata Numinis mox executurus, de itinere, ut pote Deo duce, minimè iam sollicitus, in Vrbem cum appulisset, eam quæ sibi obtingisset admirandam visionem uxori aperuit, hæc summà perfusa intimi cordis lætitia, quæ cùdēm nocte, & ipsa quoque in somno, prorsus narrationi eius conformia vidiisset, Marito exposuit; de Diuinæ itaque vocationis certitudine securi, absque ulla ulterioris moræ propagatione (nescit enim tarda molimina Spiritus Sancti gratia) medio noctis silentio consurgentes in Ecclesia Christianorum Sacerdoti Ioanni, viro Sanctitate vitæ celeberrimo, se literunt, quæ ipsis acciderant, quæque à Christo accepérant mandata, eidem ordine exponunt; qui mox percepta tam mirabilem rerum enarrationem ineffabilem Diuinæ misericordiæ prouidentiam admixtus, eos protinus omnibus Christianæ fidei mysterijs, Diuinæ gloriæ promouendæ zelo totus æstuans, instruxit, instructos sacro baptismatis fonte Placidum quidem sub Eustachij, vel ut alij volunt, Eustathij nomine; Troianam sub Theopistæ, filios verò sub Agapiti & Theopisti nomine, sacro tinxit baptismate: atque hoc peracto impedita ipsis pace, & necessarijs vitæ Christianæ documentis probè exercitos à se dimisit, occulto quodam Numinis instinctu præfigus, irritum otiosumque esse non posse, neque diuino carere mysterio, quod infinita Dei bonitas & misericordia, quæ est admirabilis in Sanctis suis, tam admiranda cœ-

Vxori visio-
ne reuelat.

A Ioanne
Christiano-
rum Pastore
instructus
baptizatur.

Eustachij;
sive Eusta-
thij nomen
ipsi impo-
tur.

lestis ostenti demonstratione, in servis suis operari dignata fuisset.

C A P V T . I I .

De ingentibus Eustachij calamitatibus, quas Christus eum subiturum prædixerat, in erumnoſo vite ſua ſtatu toleratis.

Eustachius itaque per Sacram Baptismatis vndam. Deo iam reconciliatus, verborumque Domini ex rupe intonantis memor, mox relictis publicis, quibus premebatur, negotijs, abiecati omni domesticarum rerum cura, totus in Diuinorum mandatorum executione vnicè negotiosus, ad cœlestis oraculi locum festinando gradu, denuò fese contulit, ubi in terram pronata facie prostratus, suspirijs ac lacrymis de pollicitatione sibi facta Eustachio, diuinam ſollicitabat misericordiam: Loquere, inquit, Domine, ſpes vniqa vitæ meæ; loquere ſalutem meam, ecce enim ante te omne desiderium meum: Loquere, Domine, lux omnium in te credentium; audiat ſeruus pauper & humilis, dulcedinem vocis tuæ, offendit mihi faciem tuam, & ſalutem ero, vox enim tua dulcis, & facies dñe: intret in animam meam dulce eloquium tuum, ut quid tandem de ſeruo tuo diuina tua prouidentia conſtituerit, cognoscam, & ſciam quid deſit mihi, ut deinde meam voluntatem tuæ in omnibus & per omnia conformare diſcam; Et ecce ardentissimus Eustachij precibus benignissimus Dominus annuens, ſolito lucis.

hieis splendore fese stitit, hoc verborum eloquio: Eu-
 stachi serue fidelis, cum iam ab omnibus peccatorum,
 quibus inuoluebaris, nexitus per Sacram baptismatis
 vndam liber, ex umbra mortis in lucis regionem edu-
 ctus, atque in caulam meam ingressus, ouicula gregis
 mei factus sis: non iam tibi de Mundi pompa amplius,
 non de superbis honorum titulis, non de splendida &
 numerosa militum famulorumque turba, non denique
 de terrenarum voluptatum cupedijs imposterum cogi-
 tandum esse scias: quoniam enim dilexisti me, meisque
 mandatis prompte & fideliter obedisti; eccè necesse est,
 ut tentatio tanquam aurum in fornace te probet. For-
 midandi modo amore mei tibi grauium aduersitatum
 turbines subeundi restant, omnibus fortunæ dignitatum
 que titulis exutus, pauperem, vilem, abiectam, ærum-
 nisque refertam vitam ages, rediçuum Iobi exemplu-
 toti Posteritati futurus. Sed agedum magno sis animo,
 eccè ego tibi gratiâ meâ adiustum, & fortes contra Mun-
 dum, Carnem, Saranam lucas tuas spectaturus, potentis
 protectionis meæ scuto te defendam, & ne graui cala-
 mitatum, quas subiturus es, pondere opprimaris, ne
 illidaris, te tenebit dextra mea: Postquam vero omnia
 forti animo & inuictâ patientiâ amore mei sustinueris,
 ego memor tui, demò te de puto tribulationum cri-
 piam, in pristinum dignitatis statum restituam, at non
 multò post mundanæ gloriæ instabili rota vecheris, cum
 eccè nouaque ultima tibi pro sacro sancte legis meæ
 testimonio certamina tibi, una cum uxore filiisque sub-
 eunda restant, quibus forti & inuicto animo expletis,

Christus Eu
 stachio funu
 rz vita sta
 tum prædi
 cits

Prædictio
 calamitatū
 tolerandarū
 pro Christo

vos ad me recipiam, vt vna mecum nunquam interiaturæ gloriæ felicitate, & beatitudine, in Regno meo fruituri, deliciemini. Atque hinc dictis, Numinis in Cœlum redeunte, Eustachius ineffabili quodam gaudio effusus, diuinique amoris igne succensus æstuabat, quo modo Diuinæ gratiæ sufficienter & condigne correspoderet neficius: totus intra se, totus extra se; verba quæ audierat, quæ stupenda & in eum usque diem inaudita viderat, intimis pectoris medullis volutans, se suaque omnia Diuino beneplacito, vitam, mortem, tribulaciones, angustias, & quascunque tandem vicissitudinis fortis plena nentis effusione offerebat, & absque mora equum confendens, festino cursu domum appulit, ubi cum uxori Theopistæ cuncta, quæ sibi acciderant, exposuisset, ipsa Maritum peramanter amplexata, deinde iaterram prostrata, Diuinæ Bonitati, vt poterat, pro tam stupendis reuelationibus gratias agebat, verbis feruenterissimo in Deum amore confertis. O, inquit, omnipotens virtus Dei altissimi & gloriosi: O clementissime

Theopistæ
ad Deum
eratio.

humani generis vindex & Saluator IESV Christe, cum itaque de nobis, quantumuis indignis famulis tuis, ita disponere tibi complacuisti; ecce in manibus tuis fortes nostræ, tua itaque sancta in omnibus voluntas compleatur. Ecce nos viles creaturæ tuæ sumus, siue vivamus, siue moriamur, in quocunque tandem aduersitatum, quas nos subituros prædixisti, ocurrus: da igitur quod iubes, & iube quod vis. Intercâ tota domus, mutato prioris vitæ statu, quoad victuam, vestitum, ornatumque non iam palarium amplius splendore & magnificen-

Mutatio fa-
miliæ Eusta-
chij ex mun-
dana in coe-
lestem vitâ,

scentia fulgidum, sed depositis mundanæ vanitatis ornamentis, domus tota in Ecclesiam Deo consecrata, transformataque videbatur: tantus ijs erat in Diuinis exercitijs perfectionisque Christianæ acquirendæ studio ardor, tantus animorum ad diuinioris vitæ statum amor & desiderium. Hic eleemosynæ in pauperes confessim, erogatæ, ingens famulorum neophytorum, quos non iam in seruorum, sed in filiorum numerum adscripserant, de spiritu profectu cura, huic vnicè intenti, ut Christianæ fidei documentis probè instructi, in seruentes Diuinæ Legis zelotas euaderent. Cum itaque iam hisce continuatis Diuinorum exercitiorum studijs probè sese contra omnes aduersitatum insultus munissent, arescentibusque iam in eorum animis Mundi vanitatibus, non nisi Christum spirarent sperarentque, adfuit tempus, quo Diuina bonitas Eustachij patientiam haud secus ac Iobi olim, ea calamitatum acerbitate, ad quam non dicam verbis describendam, sed ad eam vel animo concipiendam, ipse animatus calamisque facile exhorrescat, probaret: Siquidem drepente atrox & improuisa pestis domum irruens, haud secus ac scintilla somiti illepsa, intra triduum famulos, curatores, & oeconomos, ne quidem uno relicto, consumpsit omnes, cuncti dominus anguli, aulæ, cubicula, stabula, cadaveribus, (misferandum visu spectaculum), replebantur: clamores, gemitus stridoresque morientium, vel saxa ad commiserationem commouiscent. Neque stitit hic se truculentæ lues, sed ulteriorius serpens, equorum boumque ramdomi, quam foris in villis armenta, deinde ovium,

Ingens tribuatio qua Eustachius exercetur.

Pestis atroc tam domum extinguit.

capra-

**Miserabilis
Eustachij
status.**

caprarumque greges confecit omnes, solis Eustachio & Theopista filijsque tam horrendæ & formidandæ stragis relictis spectatoribus. Omnibus itaque fortunæ bonis, vnico quasi iœtu exutis, quæm dispare in sancta familia de luctuoso casu æstuationes, cogitare facilius, quæm verbis exprimere licet: Interierant iam famuli, rerum administratores & œconomi iam obierant; Consumptis equis, bobus, mulis, de camporum cultura iam clamatum erat: ærarium in pauperum sustentationem iam exhaustum defecerat: Supellex domeistica in eorum qui agrorum curam habuerant, prædam cesserat, mutata iam tragica rerum scena præ pudore & vercundia, in publicum prodire non audiebant; victus vel ad tenuiter viuentium vix supperebat; Accessit malorum iliadi, quod consanguinei & amici exitiali pestis virulentia percussi, non solum domum, sed & vicinos viros tanquam malorum omnium Lernam decuitarent, tum metu contagionis, tum ob summam pauperis Eustachij, ad quam redactus erat, egestatem & iropiam, quia tantoperè confundebantur, tantumque eos pudebat, ut extra sanguinis cognitionem, qua ipsi rangebantur, haberri, quæm eadem ipsis iungi, aut videri, aut fateri maluerint.

**Consilium
Eustachij
cum vxore
Theopista.**

Deserta itaque ab omnibus sacra Eustachij dominus, ne tantæ calamitatis causa, ex Christianæ Religions nouiter suscepit cultu exorta, ad Cæsarem delata, scandalum passa, novos persecutionis tumultus concitaret, cum Theopista de fuscipienda in exteris Regiones peregrinatione deliberat, concluditurque voluntarium

exi-

exilium, quo procul ab amicis, parentibus, cognatis, patria separati, et si pauperem, humilem, abiectamque vitam, amore tamen Christi dulcem & acceptam degere constituunt.

C A P V T I I I

*De Itinere Eustachij, uxoris, filiorumque in peregrinac
Regiones suscepto, & de calamitatibus, quas
in eodem passi sunt.*

Eustachius itaque cum Theopista & filijs neadum ad ambulandum maturis, intempesto noctis silentio, nescijs omnibus confusgentes, deserta domo ac supellestili, quæ in ea adhuc erat superstes, prædonibus relicta, implorato Diuini Nominis auxilio, iter inco- gnitum & difficile, non nisi solo Deo duce, ingrediu- cut. Miserandus erat spectaculum, videre eos, qui prijs superbis purpura bysloque contextis vestibus ins- duebantur, modè vili & pannoſa tunica amiciri, & qui primo splendido equorum curruque apparatu vehe- bantur, iam baculis missis filiorum præterea onere præ- grauatos, viam longam inexpertamque inire : Nihil miserabilius erat, quam videre Theopisten fœminam sanguine adeò illustrem, tam delicate enutritam, atque ab ineunte ætate muliebri mollitie affuetam, modò vili lacernà tectam, pedibus nudis, & frequentia ad saxa illi- sione faucijs, insuper filiolo aggrauata, progredi ; pro- gressa tamen fuit, spe sua in solo Deo posita, fæmineæ imbe-

inbecillitati masculinum animum inferens, iter ~~vna~~
cum marito, perpetuo Diuinis intenti laudibus, vsque
ad quendaen maris mediterranei portum prosecuti sunt

In Aegyptu
traicunt.

Hic, vt traecto mari in constitutam Aegypti regionem
transuerterentur, cum de nculo transigitur, Nauarchus
et si primò ob despectum viatorum habitum se difficil-
lem, mox tamen faciliorem se exhibuit, vbi in Eusta-
chio & Theopista, nescio quid nobile, generosum, &
plebæis moribus altius obseruavit. Hinc itaque iter

Tempestate
maris ex-
periti.

ordiri, primò quidem felicibus Euris nonnihil progressi,
at paulò post adeò formidabiles experiuntur irati maris
turbines, tam horrendas tempestatum procellas, vt pæ-
rum abesset, quin de vita omnium actum conclama-
tumque iudicaretur. Erant hæc non multò post secu-
raturum tempestatum, quibus posteà inuoluendus erat
Eustachius, veluti præludia quædam: Vix enim è flu-
ctibus marisque gurgitibus eluctati, desideratum portum
nacti fuerunt (Audite mortales, & stupete rem omnibus
seculis inauditam) Nauclerus in Theopisten coniectis

Theopiste à
Nauclero
abripitur
Eustachio.

oculis, vt teneritudinem membrorum, pulchram, to-
tius corporei habitus constitutionem, præterea præclaris
& generosi sanguinis indolem, iam saepius in maritimo
itanere aduertisset, ita quoque insanì amoris stimulis
agitatus, concupiscentiæ igne iam in corde eius magis
magisque exardescente, postquam omnes è nauis viato-
res dimisisset, non naulum, non pignora, non quidpiam
aliud, solam Theopistam mercedis loco iniqua condi-
tione depositit. Quis Eustachij in hoc casu animus,

Eustachij In
rapta vxore
perplexitas.

facile quispiam, si in simili occasione constitutus esset,
id

id concipere poterit, quam magna verborum exaggeratione verbis explicata. Itaque humili prostratus, quā vocibus, quā lachrymis, libertatem vxoris humili submissione deprecabatur, sed frustra; nulla erat tam blandè instituta deprecatione, nulla tam studiosè affectata oratio, quæ immitem Barbari animum flectere posset; Instabat Eustachius cum promissorum multitudine ad cedendum mouere ratus, sed irrito conatu, iam in rabiem actus Barbarus cædem minabatur Eustachio, si vel unicum amplius de ea dimittenda verbum ficeret; tam in hu manæ tandem, & prorsus ferinæ violentiæ cedere coactus, in manib[us] Barbari relicta Theopista cum filijs nauim non tam egressus, quam vjolenter expulsus fuit. Quis nūbis hic explicet impensos variarum cogitationum æstus? quis inexplicabiles amaritudinum fluctus, quibus lucretabatur Eustachius, dum consortem post Deum unice dilectam, dimidium animi, unicum vitæ dolorumque solatum, tam miserabili casu desegere cogeretur? quoties retrorsum conuersus noua verborum deprecatione Barbari animum adoriebatur; sed frustra; siquidem velis vento datis, abibat pars unica vitæ: quoties oculis manuumque nutibus ultimum ei vale, vel ex hoc solatum aliquod accepturus dicebat: vxor pariter miserabilem tum sui, tum mariti filiorumque statum intuita, ac magnitudine dolorum saucia, quid non moliebatur, vt libertatem consequi posset, quam valido clamore de immanitate sibi illata presentium attestabatur fidem, quantis precibus & lachrymis Diuinam opem sollicitabat; quoties è manibus Barbari, vinculis-

Theopista
in mariti af-
flictione do-
lor.

lisque elabi nitebatur, vt si alis modo non licetet. Vel tumidi maris fluctibus commissa, ad afflictum maritum filiosque natando perueniret, sed frusta. Intercà dum vxor maritum filiosque, maritus uxorem ingenti lachrymarum effusione, reciproca quadam, & intolerabili mentium amaritudine faucij intuerentur, nauis progesla, & iam ex oculis evanescens, finei utriusque solatij imposuit. Eustachius perdita iam uxore Theopista, vnico cordis sui solatio, ad filiolos conuersus, quid ageret nescius; intuebatur filios imbecilles viribus, & tantis itinerum incommodis confectos, medullitùs cruciabatur. O viscera, inquit mea, ò dulcissima pignora mea: Ergone vitæ vestræ innocentia, diuina clementia tantæ calamitatis, & vos participes esse voluit? O filioi mei, quid agam vobiscum? eccè matrem vestram, quæ tanto vos amore prosequebatur, tanto studio educabat, tam dulciter ablandiebatur, perdidisti? quo ibimus filioi mei? Ego viribus miserijsque exhaustus, viarum ignarus, quomodo vos, necdum ad arribulandum apertos, omni opere destitutus gestare potero? Totus itaque in Deo, totus in corde Theopistæ, totus in miserando spectaculo filiorum, follicito animo, spem inter metumque fluviabat, continuò prædictarum sibi à Christo Saluatore ærumnarum, quas cum tolerare oportebat, memor, Diuinam clementiam, qua se suosque tam insolito modo ad se traxisset, in hac extrema necessitate, minimè quoque defuturam sperabat; quiique tres pueros Babylonicos in fornace ab omni ignium flammarumque violentia immunes seruarat olim, & Theopista.

Eustachius.
solus. cum
filiolis in
littore reli
ctus.

pistis ab omni violentia thori intusione impinguem
pro infinita sua prouidentia constitutum plane sibi
persuadebat : Interim quoties filios intuebatur, tot
ties maternorum viscerum memor, intitnis dilaceraba-
tur medullis ; augebant dolorem filioi absentis matris
opem fletu planctuque frustra inclamantes ; Interim, ^{Filioli fletu}
fortis animo, & in Divina misericordia confisus, lan- ^{matris opē}
guorem corporis pijs meditationibus mitigabat ; piæ
matris officium subiturus infelix Eustachius, vnum bra-
chijs, alterum humeris impositum, dextra baculo inti-
xus, vivi poterat, languidum onustumque corpus trahe-
bat, quò eum Diuina prouidentia destinabat, magna
animi in diuinam voluntatem resignatione progredie-
batur ; vix dum aliquowique processerat, cum eccè tor-
rente maximæ latitudinis, ut nouum itineris impedi-
mentum, ita quoque nouam calamitatis mox secuturæ
portam apertam offendit : hic denuò quid ageret om-
nis consilij inops, ex una siquidem parte voricosi tor-
rentis profunditas, ex altera ingens latitudo ei non exi-
guam formidinem incutiebat ; tentandum tamen va-
dum cuna bono Deo censuit, quod cum genuum terni-
nos non excedere compresisset, ne duorum filiorum
onere in torrente, viribus iam labefactatis succumberet,
relicto uno in littore, altero humeris imposito, non
sine difficultate torrentem transuadavit, quo in opposita
ripa deposito, cum alterum pari modo translatus re-
uerteretur, iamque in mediata torrentis constitutus in
viroque littore anxiè filios obseruaret ; verumque, o
casum omnibus seculis inauditum ! o ineluctabilem,

Noui labo-
res Eusta-
chij.

Eustachius
in medio
torrentis co-
stitutus per-
dit verumq;
filiolum à
Leone, &
Lupo raptos

miseri & infeliciis Eustachij sortem ! ex una siquidem ripa Leonem ferociissimum , ex altera rapacissimum Lupum in pueros magno impetu utriusque irruentes vidi , qui faucibus abseptos , moxque deuorandos , infanticorum fruticumque latibula deportabant . O catastrophen formidabilem ! Quid faceret hic miser Eustachius ; cernebat se in medio torrentis , torreata inquam tribulationum , qui afflictam eius animam aqua amaritudinis inundauerat : respiciebat hinc inde , ut quodcum abreptis pueris belluae se reciperent , obseruaret , modò ad hunc , modò ad illum è faucibus eripendum summa mentis angustia deliberabat ; sed omni opera humana destitutus , longiori mora interposita , perdidit utrumque : clamabat voce , nutibus , num forte quempiam in littore spectaret , qui misertus puerorum , unā secum à belluis abreptam prædam extorqueret ; sed irrito conatu ormania . O horrendam humanarum sortium vicissitudinem ! videbat Eustachius , quounque se verteret , pelago se quodam amaritudinis absorptum , omnibus fortunæ bonis iamdudum exutum , uxorem raisebili & violento raptu paulò ante abductam , & tandem , funesto fanè spectaculo , filios , qui unicum erant animæ suæ solatum , à belluis abseptos ; quis in hoc adversitatum eumulo tam infracti , & impotenter pectoris vir foret , qui pœ nimia dolorum acerbitate non corruiisset ? Verum uti miserator omnium optimus , & benignissimus Deus , non permittit nos tentari ultra id quod possumus , ita quoque dilecto seruo suo Eustachio , copioso gratiæ sue munere instructo , luculenter ostendit , id

id mysterio non carere , quod Diuinæ prouidentiæ suæ dispositione tam sapienter constitutum esset . E fluctibus itaque tandem eluctatus Eustachius , cum littus ap- pulisset, tum enim verò manibus in Cœlum sublatis , se, vxorem filiosque non tam voce , quam suspirijs gemiti- busque incenarrabilibus Diuinæ Clementiæ commenda- bat . O Supreme , inquit , humanarum mentium Re- Etor, pie, clemens , & misericors Deus , qui me ex vtero matris meæ ad hanc amarissimæ Crucis passionem , vt tuæ me Crucis imitatem faceres , selegisti ; miserere , miserere quæso serui tui in hoc calamitoso rerum statu constituti ; respice in me bone I E S V , Saluator benignissime ; compatere tandem afflictionibus meis , heu- nimum acerbis , & amaritudine plenis : da robur , & fortitudinem animi , vt quæ me amore tui pati voluisti , gratiâ tuâ fultus , inuictâ patientiâ compleam . Interiori itaque Diuini Numinis voce corroboratus , iter profe- cutus , dum non reperiret , quo ærumnosum vitæ suæ statum sustentaret , in pago , qui Badisus dicebatur , non- hinc multum remoto villicum offendit , qui cum Eu- stachium prudentis animi virum ex modo agendi , ple- beio superiori , ad incitas tamen nouercante forma re- dactum aduertislet , eius intima commiseratione tactus , agrorum hortorumque culturæ præfecit , vt qui prius ultra felicitatem humanam eucctus , integrros aluislet exercitus , modò fame tortus , tenui mercede vitam fu- stentare cogeretur . Multorum itaque arnorum decur- Seruum VII. lici agit Eu- fatus . sanctiorisque vitæ exemplo toti pago vicinisque territo- rius .

Oratio Eu-
stachij in
ranta affli-
ctione con-
stituti.

Pauperi-
mus Eusta-
chij status.

rijs ita præluxit, vt non dumtaxat in amore esset omnium, sed & ob salubria monita, & documenta salutis æternæ, quibus quotquot ad eum veniebant, instruebat, esset admiratione.

C A P V T I V.

*De Eustachy in pristinum vita statum
restitutione.*

Visum tandem fuit Diuinæ bonitati, fidelem suum seruum Eustachium tot tantisque patientiæ argumentis exercitatum, denuò de tenebris in lucem, de tristitiæ profundo, in gaudium admirabile educere, quod Diuina Misericordia eo qui sequitur modo, præstítit.

Subdiderant Romani Principes non ita dudum suæ iurisdictioni nonnullas istius Regionis Prouincias, quas indigenæ mota rebellione, per repentinam inuasionem sui denuò iuris fecerant; Quæ cum Traianus Augustus intellexisset, Ducebat exquireret, qui ducto exercitu rebellium perfidiam, & contumaciam vindicaret, Placidi memor, eo neque meliorem, neque negotio confiendo aptiorem esse censuit. Verùm cum iam pœnè ad vicennium de eo iam omnium opinione perduto, nil innotuisset, nescio tamen quo occulto animi instinctu, quicquid alij contra dicerent, quam diligenter vbiique, qua Romani Imperij Orbis patebat, inquire præcepit. Dimissi fuerunt in hanc finem duo nobis-

Inqñiri Trajanus Eustachium iubet

mobilissimi Centuriones Achatius, & Antiochus in <sup>Inquisitores
in Agyptū</sup> Agyptum, qui vti olim commilitones sub Placido ^{appellunt,} meruerant, ita quoque eum ex lineamentis facie cœtero-
roque corporis habitu, moribus viuiter adhuc ipsis im-
pressis eum non poterant non nosse. Magno itaque Di-
uinæ prouidentiæ consilio factum est, vt vixdum in
Agyptum appulsi, simul etiam non in eum solum pa-
gum, in quo absconditus cum Christo Eustachius villi-
cum agebat, inciderent, sed & in ipsa Eustachij domo,
& mirum dictu, ipso Eustachia fortuito casu ipsis obuio
causam aduentus sui exponerent, Placidiique inquisi-
tionem ordirentur. Quoniam verò vultus Eustachij ex
tot ærumnarum tolerantia, macie & pædore confessus,
nulla præberet antiquæ dignitatis vestigia, hærebant;
accessit hisce habitus sordidus. abiectusque, è quo sibi
persuadere non poterant, sub cotam illustris, & gloriosi.
Ducis decus excellentiamque absconditam esse: Eusta-
chii verò simul ac eos fixis oculis intuitus est, eos esse,
quos olim militiæ Romanæ fidos Achates, sed & amici-
tiae necessitudine quam coniunctissimos habuisset,
agnouit, prudenter tamen dissimulabat omnia, vt pote-
qui se srasque affectiones melius in schola Christi, quām
olim Imperij Romani hostes domare didicerat; quia
tamen verborum Christi, quibus post inumeros labo-
res, pristinæ vitæ statum ei pollicebatur, meminerat,
Diuini. vtique spiritus instinctus, hanc occasionem esse
ratus, Diuinæ inspirationi obsecundandum duxit; eo qui
sequitur modo:

Dominus, cui Eustachius sese villicum conduxe-
rat,

Mira Diui-
nae prouide-
tis disposi-
tione Eulta-
chius detec-
gitur,

rat, cum intellexisset, Romanos viros strenuos à Cæsare missos, eiusdemque Eustachij compopulares aduenisse, congruum ipsi visum fuit, hospites tanto itinere defellos, ea humanitate, & benevolentia, quæ & peregrinos decebat, conditionem tamen villici non excederet, coenam excipere. Apparatur itaque cœna, in qua Eustachius, & Cocum, & Pincernam ac mensæ ministrum agebat. Hospites itaque ministrantis mores, & modum procedendi humanitatis atque affabilitatis indicijs plenum paulò curiosius obseruantes, dum in vultus lineamentis nescio quid nobile, & ab indigenarum moribus oppidò diuersum comperirent, præsertim verò linguā ipsis propriā ad quæsita responderet: Eustachius interim præcelsa, ac solita sibi animi magnitudine, id quod erat, dissimulans, identidem DEO Opt. Max. euenturarum rerum sortem vnicè commendabat magno animi ardore, nec non continua lachrymarum effusione, quæ tamen ne à conuiuis notarentur, egressus ceu aliud quid actuus, omnibus modis moderari nitebatur: Interim hospites modestiam viri, morumque probitatem, nec non grauitatem in vultu elucescentem, ac ciuilem, quo in omnibus procedebat, agendi modum mirati, hoc se colloquio ad ulteriore inquisitionem animabant. Vultus huius hominis, modus procedendi, & cætera omnia, manifesta præferunt Placidi industria; sed ubi vxor eius Theopista? ubi filij? quibuscum eum clandestina fuga abiisse certò nobis constat. In hoc ambiguo rerum statu, alter hospitum Achatius nomine, ad socium conuersus; Nostri, inquit, Antioche, Placidum cum apud nos

Eustachius
ex cicatrice
cognoscitur

nos morāretur, profundam quandam vulneris, nescio quo casu ipsi inflicti, cicatricem in collo gestasse; quam si inuenērimus, iam de réerto Placido nulla imposturum dubiorum fluctuatione hæsitantes, certi securi-que gaudēbimus. Res tentanda est: è mensa itaque consurgentēs cum de lauta coena, more solito, gratijs actis, eum amplexarentur, & collo paulatim reducta tunica nudato, locum cicatricis curiosius explorarent; eccè cicatrice mox comparente, ex ea simul Placidum ipsissimum, signis reliquis vndiquaque consentientibus inueniunt. Quisnam tunc plausus, quis iubilus, quæ mentis hilaritas indè ex præda tot itinerum laboribus quæsitā, tandemque captā, exorta sit, facilius quis animo conceperit, quām calamo descriperit. Tunè ergò, inquiunt, es Placidus gloriōsus quondam Exercitus Cæsarei Imperator? nobis olim non notus solum, sed amicitiæ fœdere coniunctissimus. Tunè es iste, quem terrā marique tantis laboribus quæsiuimus, desideratissimus Placidus? At vbi sunt vxor? vbi filij? vbi paludamentum auro byssoque, quo olim condecorabare, fulgidum? vbi numerosa militum famulorumque tēspantium turba? vbi decoris militaris insignia, baltheus, sceptrum, lorica auro radians? Ad hæc tandem Eustachius yti amplius dissimulare non poterat, ità quoque cedere coactus, quem quærebant, eum se esse fas-
sus, vniuersam luctuosæ vitæ suæ historiam eis ex ordi-
ne recensuit, vtroque ad inauditos rerum tragicarum
eventus attenito. Hisce exactis, sine mora sordidis vi-
libusque indumentis exutum, vestibus à Cæsare datâ

D

ope-

Eustachius
induitur ve-
stimentis
pretiosis à
Cæsare eum
in finem mis-
sis, dux Tra-
iani exerci-
tus declar-
atur.

operà transmissis eum induit, litterisque Cæsaris, quies Romanum vocatus, universo Exercitu præficeretur, exhibitis, pristinæ dignitati restitutum, tanquam novum, bellii Ducem venerari sunt. Eulgato deinde in pagum, vicinioresque circumfitas regiones tam memorabili omnibus, seculis euentu, dici vix potest, quartus omnium, animos stupor invaserit, & admiratio, dum nemo capere posset, tantum virum olim Cæsarei Exercitus Duce tot victorijs, tot honorum dignitarumque titulis illumorem, voluntario exilio extorrem inter se tam vilem, pauperem abiectamque vitam tanta animi moderatione tot annis transegisse. O si cognitus nobis, aiebant, hic vir fuisset, quid non eius amore egissimus? quanta veneracione, & honore eum non excepsissimus? omnem haud dubiè substantiam nostram in eius sustentationem obtulissimus. Væ nobis, qui præsentem eius humilitatem, paupertatem, & inopiam intuiri, ne sufficientem quidem alimoriam suppeditauimus.. Hisce magno amorum sensu expositis, Eustachius solatus omnes, gratijs de immerita sibi benevolentia præstitis, vultu in Coelum sublato, O Deus, inquit, ac Dominus meus, verè pius, verè misericors, & miserator omnium in te sperantium, qui mortificas, & viuificas, ad Inferos ducis, & reducis, qui nunquam in bonitate tua, & infinita misericordia, quam in æternum cantabo, confidentes deseris; Eccè ego seruus tuus humiliis, & pauper, fiat mihi secundum voluntatem tuam, quam in monte mihi iam olim declarasti, ut hoc pacto quæ de me meisque ad Nominis tui gloriam fieri posse præwidisti, complecantur, Amen.

De mirabilis catastrophe, indigenarum stupor.

Eustachijs
ad Deum
oratio.

Intra-

Interea ad iter maritimum inchoandum soliti
fiant apparatus, coguntur milites, officia distribuuntur;
itineris fit initium, soluitur a portu magno incolarum,
tanto sc̄ sc̄ vito priuari dolentium sensu; felicibus tan-
dem Euris menstruo spatio Romanus attingitur por-
tus. Roma ad Placidi aduentum certior facta, vniuersa
iustitiae lætitiae signis effusa, Virorum desideratissi-
mam, & tam illustris adhuc memorie celeberrimum
Heroem, qua quisque poterat, congratulatione, trium-
phis pompisque cohonestabat; successerat interim Im-
periali Traiani satisfuncti sceptro Hadrianus Augustus,
qui audità tanti viri fama, nullo habito Imperialis Maie-
statis respectu, præ gaudio exiliens, & vltro ipsi obuiam-
factus fauore insolito, & in eum usque diem inuisio, gra-
tiosis amplexibus ei salutem impertiri non dignatus
fuit; cum verò clandestinæ fugæ causam, & luctuosissi-
mam variorum casuum discriminumque, quæ subierat,
feriem sibi proceribusque exponi iussisset, nemo fuit, qui
suam in Placidum affectionem, quâ commiseratione,
quâ intimi doloris sensu non attestaretur. In pristi-
num itaque dignitatis statum restitutus Eustachius, vti
imposterum inter fautores Cæsaris familiarissimus unus
habebatur, ita quoque non erat Cæsari tam arcanum
mentis consilium, cuius virum tum prudentia, tum
magnum rerum bellicarum experientiam clarum, non fa-
ceret partipem. Erat tunc temporis de bello Persis
rebellibusque Aegyptijs inferendo, deliberatio, & quem-
admodum à Traiano Cæsare eius antecessore, Placidum
ceu unicum belli bene feliciterque gerendi inter cæteros

Iter mariti-
mum quo
Romam tra-
jicit Eusta-
chius cum
exercitu.

Romæ ma-
gnis trium-
phis excipi-
tur,

apissimum vitam, in hunc finem dimisit, in vniuersas Imperij Provincias ministris, inquisitum intellexerat, ita quoque cum felici sorte sua, & fortunato quodam augurio, qui perisse putabatur, inuentum Placidum Exercitui ea potestatis amplitudine, quæ talem Ducebat, tota applaudente Vrbe, & iam in victoria contra rebellies obtinenda veluti secura, præfecit; tanta erat de viri robore, & magnitudine animi, tanta de rerum glorijs & feliciterque gerendarum dexteritate existimatio.

Eustachius itaque ingenti concomitatus exercitu, noua Eustachii, qua contra hoec omnes domiti subiugatique, Cæsar is se iurisdictio-
ni, Romanisque Legibus subdiderunt. Re opinione omnium felicius peracta, Eustachius sine sanguine Vi-
ctor milites recreatus, in eum fortuitò pagum præter loci amæniratem, rerum quoque ad viuendum necessaria-
riarum vbertate refertissimum, vbi & Theopiste sub vili lacerna villici seruam agebat, se recepit; è vicino quoque pago antequam belum ordiretur Eustachius, duos robore corporis & animi magnitudine haud impares. Iuuenes veluti satellites, & proprij corporis sui stipatores elegerat, quos quidem genuinos filios suos esse ignorabat, tametsi semper in eos sympathico affectu, veluti pondere quodam ferretur. Hi post partam victoriam, quadam die ante domum, in qua Theopiste degebat, in ampla militum corona, de varijs rerum eventibus fallendi temporis gratia sermocinantes, quisque ea, quæ sibi in vita contigerant, uti in huiusmodi conuenticulis paf-

Mira Dei
prudentia
circa Eusta-
chium in
vzoris, & fi-
borum resti-
tutione.

passim fieri solet, referebant. Inter ceteros Agapitus suæ fortunæ telam orditus, narrabat, quomodo is ex illustribus Romanæ familie parentibus natus, aduersa sibi fortuna, puer adhuc vñè cum parentibus Româ vñà cum fratre abductus fuisset, & Matrem deinde inuito patre à Nauclero raptam, quid de ea actum esset, nunquam se scire potuisse; Patrem verò flumen transiit, cum se ex aduersa fluminis ripa, alterum fratrem allaturus deposuisset, à Leone magno animi dolore abreptum spectasse, cuius & semet adhuc recentem memoriā tenere aiebat, alterum verò fratrem suum à Lupo raptum audisse, utrumque tamē insurgentibus in bellis rusticis, qui tum fortè in Campo agriculturæ operam dabant, è fauibus bestiarum ereptum illæsumque ab ijsdem in hoc usque tempus filiorum loco alium fuisse, se quidem in proximo huic pago educatum referebat. Quæ cum audisset Theopistus frater, similes prorsus de se casus referebat; Româ quippe se ab illustribus parentibus abductam Matrem à Nauclero raptam, se verò à Lupo abreptum, à rusticis ereptum illæsumque in alio vicino pago alium educatumque fuisse, omnibus admiratione attonitis narrabat. Audiens hæc Theopiste forte præsens rusticæ quidem, & vilis muliercula, utriusque tamē vera & genuina mater, stupore penè exanimata, alto pectore, quæ à duobus iuuenibus audierat, premebat silentio, iam ex viriusque discursu certò certior, hosce alios quam veterinos suos filios esse non posse; accedebat abditus quidam maternorunt viscerum motus sympatheticis affectionibus refertus.

Ma-

Filiorum
Eustachij de
tragicis suis
caibus nar-
rationes.

Theopiste
cognoscit
filios suos;

Coguicit
meritum sub
Placidi no-
mine.

Theopistes
aperit se
marito.

Magno itaque gaudio perfusa, idehtidem à Deo promissio-
nis Marito suo factæ memor, euenterum rei summa-
mentis deuotione commendabat. Audierat quoque
quam frequentissimè, Exercitus Ducem victoriæ iam
partæ gloriosum, sub Placidi nomine à Romanis militi-
bus memorari; percepérat quoque ab ijsdem quomodo
is primò Cæsarei Exercitus Dux, Romà fugiens, per va-
rios fortunæ casus rerumque discrimina traductus, tan-
dem inquisitus inuentusque ab Adriano Cæsare, post-
quam iam amissa uxore liberisque ad sumnam pauperi-
tatem redactus, quindecim annorum. Spatio vitam pau-
peris coloni, hortique custodem in proximo pago, Ba-
diso nomine, transegisset, in pristinam dignitatis gradum
restitutus fuisset: Hæc autem Theopiste, tota, & lachry-
mis, & incredibili animæ teneritudine diffuehs, hunc
alium, quam maritum suum Eustachium esse non posse,
firmiter sibi persuadebat. At hic Rhodes, hic saltus,
tam vitem, abiectam, & fame penè consumptam nau-
lierculam tam grandis ac illustris Ducis uxoretur se
esse, demonstrare posse. Verūt, ut hæc omnia admirabili Dei consilio constituta erant, ita quoque Theopi-
stæ modum, & rationem, qua vxor Placidi agnoscetur,
suggesſit. Quare Diuino freta adiutorio, & verborum
eloquio iam prudenter in mente disposito, audacter Du-
cem adit, & profunda prius capitis inclinatione, deinde
eleuatis in Cœlum oculis, attentas Ducis aures sollicita-
bat: Generose, inquit, & Deo peracceppe Dux, audiat
Dominus meus vocem ancillæ suæ, & quæ à te petituta
sum, clementer concede. Ego infelix mulier, patria
Ro.

Romana, ex nobili stemmate, dritis ducenis, formida-
dis, aduersantis fortunam casibus in hæc exteras, & per-
grinas Mundi oras deducta, à te vnicè, & quæ obni-
xissimè contendo, ut miseros, me, vnam secum ad des-
ideratos Patriæ Lares me tradicas, carcerequin hincemur-
nis peritram: Audiens hæc Dux, ex modo loquendi
Theopistæ fuisse quam simillimo, vixoris momoria protin-
nus menti insedit: accedebat nescio quid ex verbis al-
ium, & quod plebæ mulieris conditionem longè exor-
deret, dubius perplexusque animo hæsitans, mirabatur:
Fixa itaque identidem reciproca vnius in alterum, oco-
lorum vibratione; hæc in Due, ille in scemina suffi-
cientia ex vultu, lingua, manib[us], totiusque corporis ha-
bitu signa, quæ in vitroque desiderari poterant, repe-
runt: & hæc quidem ex dicatrice collo impressa, de
Eustachij mariti sui detectione nullam amplius dubita-
tionem habebat; ille tamen ex rugoso scemina macie
confessæ vultu ambiguus adhuc hærebat, à qua mentis
perplexitate hoc verborum eloquio mulier eum li-
berauit.

Tunc es, inquit, Eustachius ille, qui Diuino ceruit Theopista
Christum portantis oraculo, olim in monte ad sacrofan-
ctam Christi legem misericorditer vocatus, postmo
dum noctu cum tota familia à Sacerdotie Ioanne sacro
baptismatis fonte tintus, denuò cælesti oraculum, de
futuram serum euentu consulturus adjisti? Noris haud
dubie, quomodo omnibus fortunæ bonis exutus, exu-
lare malueris, quam familiæ tuæ dedecus, cum totius
verbis opprobrio diutiùs sustinere & memineris etiam
quan-

quantas in itinere aduersitates sustinueris? & quanta
cordis tui anxietate & amaritudine; in huius vicini ma-
ris littore, vxorem tuam violenta inuasione à Nauclero
raptam perdidens? Ego, ego sum, ego ipsa infelix illa
foemina, ego sum Theopista vxor tua, quam tanto pro-
sequebaris amore, cuius causa luctuosi casus indelebili
charactere cordi tuo insculptam in hunc usque die m.,
memoriam tenes. Ad horum, quorum nemo nisi vxor
omnium consciente esse poterat, narrationem Eustachius
stupore quodam oppressus, ac veluti ex alto quodam
soporis vetero euigilans, cum ei vox deficeret, solo la-
borum motu, solis suspirijs gemitibusque, solis gestibus
loquatur, donec nonnulla à cordis oppressione libe-
rior, veluti immemor sui, in altam vocem prorupit:
Tunc igitur Theopiste, Theopista vxor mea in cordis
mei tabulis indelebili charactere incisa? Theopiste
coniux amatissima, dimidium animae meæ, lux mea,
gaudium specum, & unicum toleratorum laborum ad-
uersitatumque solatum! Dic mihi ergo, chara Theopi-
sta, quidnam rogo post raptum tuum contigerit, quo-
modo à perfido Nauclero libera, & immunis manse-
ris? Theopiste ad hæc; Scias, amantissime coniux,
quod Diuinæ prouidentiæ omnipotente dextra haud se-
cūs, ac olim Saræ vxor Abrahæ à Pharaone raptæ, ita
ego à raptore, illibato coniugij nostri thoro, ab eo libe-
ra, & immunitis conseruata fui: fidem quam tibi in
desponsationis nostræ principio spondi, incorrupto
tum animi, cum corporis affectu in hanc usque horam
Diuinæ protectionis beneficio seruauit; Raptore vero
miser-

Eustachius
cognoscit
Theopisten
summo stu-
pore percul-
sus.

misérabilis casu interempto, ecce ego ad complures annos
in extrema rerum iniopiae pauperis horti cultu, vitam
quidem asperam, & præteriorum aduersitatum me-
moria & amaritudine referiam, dulcem tamen amore
eius, qui vitæ nostræ decursum tam mirabiliter dispo-
suit, constanti in Deum fide transagi: vnde minimè ti-
bi mirum videri debes, si me rugosa facie, & macie
confectam, vilique hac lacerna tectam prius me agnoscere
tibi non licuerit. Hic Eustachius raptus extra-
scit, verenc tu ergo es Theopiste, Theopiste mea ama-
tissima coniunx! O Deus verè pius, verè bonus, verè
misericors, qui solus magna, & mirabilia facis in Cœlo,
& in terra: Iam video, o nimium dulcis amatoris mei
IESV, de perditarum rerum restituzione, promissum
in te verificatum. O pietas, o bonitas, o misericordia
Dei Saluatoris nostri. Sed quid rogo de filijs nostris
Agapito, & Theopisto actum sit, si quid noris, expone.
Hic Theopista, de filijs nostris nensis sollicitus amantis-
sime coniunx; & hi diuina prouidentia non dumtaxat
inuenti sunt, sed & tecum in tua aula fatellites fidissimi
& stipatores corporis tui versantur. Qui mox aduoca-
ti, ubi se stitissent; Tunc Theopista, ecce hic tui meique
filij Agapitus, & Theopistus, quorum vius à Leone,
alter à Lupo raptus decoratusque putabatur! Eloquan-
tur hi de sc. suisque casibus, exponant magnalia Dei.
Tunc uterque, quæ sibi contigissent, ex ordine expo-
nunt. Scias, inquiunt, Dux illustris, nos nobiles Ro-
manos ex illustri domo natos, Patrem nostrum extor-
rem patria, Matrem violenter à Nauarcho abductam,

E

nos

Eustachij
ad Deum
de restitu-
tione
vixore ora-
tio.

Cognoscit,
& filii Aga-
pitus &
Theopistus.

nos, in littore à Parente positos, nescio quo casu, mic
à Leone, hunc à Lupo raptos suisse meminimus, quos
agricolæ armis, in belluas insurgentes, è faucibus bel-
luarum ereptos, in eum usque diem, quo tu, Dux in-
clyte, nos ad corporis tui custodiam sclegisti, filiorum-
laco in vicino huic pago aluerunt, & sustentarunt.

Tunc Eustachius profundo vna misto lachrymis
gemitu, ad instar attoniti atque extasi quadam invasi,
in Cœlum sublatis oculis, abdita Dei iudicia, & misera-
bilem rerum catastrophen, quam Diuina bonitas cir-
Eustachij in-
vxoris filio,
rumque re-
stitutione,
stupor & adi-
miratio.
ca se suosque tam miro modo exhibuisset, considerans,
hoc unicum admiratus est, omnes tanto tempore in tam
vicinis locis commoratos suisle, incognitos tamen sin-
gulis, ita ut neque maritus vxorem, neque vxor mari-
tum, neque parentes filios, filij quoque neque patrem.
neque matrem, neque seipso deaique in eodem terri-
torio vicitantes cognosserent. Unde iam infallibili cer-
titudine conuictus, se continere nescius, pleno mentis im-
peru irruens, virumque filium, ineffabili gaudio per-
fusus, osculis atque amplexibus prosequi non cessabat :
O filij mei Agapite & Theopiste, Theopiste & Agapite:
filij mei voicè & medullitùs dilecti : Viuitis ergo filiolu
mei ineffabili Dei misericordia, quos iam dudum à se-
ris consumptos credebam, viuitis ergo ? O admirabi-
lem Diuinū consilij dispensationem ! O incomprehen-
sibilem in humanarum sortium dispositione spientiam !
Deinde filij ad matrem, & tandem ad seipso conuersi,
promiscuis amplexibus satiarik vix posse videbantur.
Postmodum in laudes, hymnos, cantica prorumpentes
taq.

tam inaudita Diuinæ misericordie, & prouidentie munera, quæ secum operari dignata esset, benignitas IESV Saluatoris, sacro tetraphonio latis depraedicare non poterant. Vix adeò rarus, insolitus, & omnibus seculis memorandus casus, sparsa fama in territorio innotuerat, cum eccè & militiæ principes, & territorij incole tam insolitæ rei nouitate perculti, in vnum confluentes, nil adeò in votis habebant, quam visitare, videre, & reuerteri eos, quos paulò ante ignotos, omnibus veluti vilium mancipia, & mundi periplemata reputabant; iam vero spectare eosdem, ex summa egestate ad adeò sublimem dignitatis gradum, quo post Cæsarem, altior non datur, euectos: Non hic aliis audiebatur sermo, quam de Placidiano variaz fortunæ iactu, non aliud. ratiocinium, quam de invicta Eustachij in tam eluctabilibus aduersitatibus vndis patientia; non aliud, quam de mirifica eiusdem in pristinam dignitatem restitutione. Cumque iam tempus quo rebus præclarè gestis, redditus in Italiam instaret, dici vix potest, quam ægrè adeò venerabilem, & Deo dilectam familiam Indigenæ à se remoueri sint passi. Veruntamen urgente Cæsaris imperio, magno totius Exercitus iubilo, itineris maritimè fit initium, omnibus de dupliciti Victoria, tum contra Barbaros obtenta, tum de Eustachij filiorumque restituitione contra formidabiles fortunæ hisus triumphantibus iter occæptum intra breve tempus conficitur. Romani de Eustachij victoria à Barbaris Imperij Romani honestibus reportara certiores facti, explicari non potest, qua celebritate, quibus honoribus eam cum sua familia

Quaneus stu-
por inuaserit
omnes de-
mira hac re-
rum cata-
strophe.

Eustachius
cum sua fa-
milia in Ita-
lianum migrat

Eustachius
magno hō-
nore Romæ
excipitur.

-exceperint. Non deerant hic arcus triumphales, & gloriae de rebus laudabiliter gestis epigraphae; festiuis rerum spectaculis. Vrbs resplendebat; quin vel ipse Adrianus Cæsar, deposita maiestatis granditate & celitudoine, ipsi vltro obuiam factus, de imposta Eustachij expeditione feliciter transacta, amplexibus Imperatorijs congratulari non est dignatus, cumque imposterum eo in honoris gradu constitui voluit, quo post Cæsarem nemo maiorem, non dicam consequi, sed ne sperare quidem potuisset.

C A P V T . V.

De Dini Eustachij Sociorumque Martyrio.

Eustachius
diem condi-
cte solemnni-
tatis in Deo
rum honore
pro obtenta
contra ho-
stes victoria
invictus;
dilectus.

POst honores à Cæsare Eustachio exhibitos, deerat vltimus Triumphorum actus, videlicet solemnis in Deorum, (quos in bello gerendo adeò sibi propitiros habuerat Eustachius) honorem gratiarum actio, condito die magno sacrificiorum apparatu instituenda. Hic Eustachius Cœlestis oraculi memor, tandem tempus aduenisse prauidit; quo vltima sibi suisque pro Christi amore certamina subeunda forent. Constituta itaque die, quo tota Vrbs ad tantam solemnitatem spestandam constuxerat, Eustachius imperterrita animo, constantique in Deum fide, à facili legis sacrificijs vna eum suis cautè so subduxerat; Dum ergo solemnitatis ferueret opus, Cæsar coniectis hinc inde oculis, cum tan- te solemnitatē vniūcum Eustachium, ob cuius hono- rem

rem, & merita in Romanum Imperium collata, potissimum instituta esset, deesse aduerteret; vehementer matus, absentiae causam, vel subitaneam quandam infirmitatem, vel magnum quodpiam impedimentum suspicatus, anxius tamen animo, ad eum domesticos Proceres, ad causam absentiae explorandam, protinus amandauit; Verum cum robustum, & validum inuenissent, ut semetipsum Cæsari sickeret, & absentiae suæ rationem exponeret, rogarunt; quorum votis annuens, Cæsari vultu maiestate venerando, animoque nescio quid sublime agitante se stitit. Hic Cæsar: Placide, inquit, Eustachius
de absentia
suæ à festo
rationem da-
turus se si-
stet Cæsari. magno animi mei sensu te solemnitati Deorum, quo-
rum ope nupera tam splendidè victoriæ potitus es, non
interfuisse aduerti, cuius rei causam à te amicè exquiror;
incongruum enim erat, te solemnitatem, quæ non
tam in Deorum immortalium honorum, quâna tuum
potissimum instituebatur, stupentibus omnibus inter-
misso; quid agitur animo tuo acciderit, quod te im-
pedimentum interpellarit, nosse cupiam. Hisce à Cæ-
sare propositis, Placidus submisso in terram vultu, &
profunda inclinati corporis facta reverentia, scias, in-
quit, Auguste Cæsar, me cum ante vicennium venatio-
ni indulgerem, Cœlestis oraculi monitis ad Christianæ
Legis institutum, mira quadam Diuini ostenti appari-
tione vocatum fuisse, & ne me in Diuini Numinis ex-
equendis mandatis morosum, ingratumque præberem,
domum redux, cum universa familia propediem sacro-
baptismatis fonte tinctum, nec non Christiana Religio-
ne imburum fuisse, ac proinde in hac sacrosancta lege.
Causam ab-
sentie suæ
Cæsari ape-
rit Eusta-
chius.
(quæ)

(quæ vti ab increata Sapientia, qui Christus Iesus æterni Patris Filius est, ad humani generis salutem reparandam salubriter instituta fuit, ita quoque nullis erroribus, nulli falsitati obnoxiam esse posse, firmiter credo) vsque ad mortem perseverare constituisse, neque ab ea à viginti iam annis, nullis aduersitatum casibus, nullis contrariæ fortunæ acerbitatibus me remoueri pastum fuisse, vt proindè non mireris, Auguste Cæsar, si à sacrilega solemnitate, & impiorum sacrificiorum apparatu, studio me subduxerim; siquidem honorem illum, qui vni, vero, & viu rerum omnium Conditori DEO debebatur, falsis fabulosisque Numinum tuorum simulacris impia incensationis superstitione tribuere, hoc vti que vti prorsus impium, indignum, & detestabile, ita quoque à vero Deo, & fideli eius seruo alienissimum videbatur. Hic Cæsar tanta animi constantia differenter interpellans, vultu in pallorem verso, inquit, Tune ergo Placide Christianus es? Christianus, respondit, sum, & quidem iam ad vicennium cum vniuersa familia mea Christianam Legem professus sum, pro qua & sacrosancta Dei Crucifixi lege, omnia Mundi tormenta potius sustinere paratus sum, quam in satanicis ritibus, & ceremonijs, falorum Numinum Idolis, vel honorem, vel indebitum ijs cultum exhibere. Hic Cæsar nimia excandescens, & quid responderet

Cæsar admiratur Placidum constatiam in suscepit Christi fidei.

nescius, simulato, quo animo dilacerabatur, furore, Placidum veluti emotæ mentis hominem è conspectu suo remotum, aulæ suæ Proceribus, quibuscum maxima necessitudine conuixerat, tradidit, ea spefretus, futurum, vt

Cæsar velut mente emotum Eustachium à se dimissum suis proceribus commedit.

ut cum concepto ratiociniorum pendere ad mentem reducerent; fit itaque magnus tum amicorum consanguineorumque, tum virorum authoritate pollentium concursus; ex quibus nonnulli tum commiseratione, tum singulari in virum ex veteri amicitia affectu, singuli diuerfas ad eius constantiam vel probandan, vel si possent, euertendam, rationes proferebant; Quidam cum blandimentis ad fallaciam dolumque compositis, magnorum pollicitatione honorum, si fauoris sibi a Cæsare nullo non tempore praestiti memor, iussa eius exequeretur, sollicitabant; Non deerant, qui illusterrimæ domus suæ, ad euitandam perpetuæ infamiae notam, si aliud non esset, quod ipsum moveret, rationem habendam esse asserterent; veruntamen nullum fuit adeo validum argumentorum robur & pondus, nulla tam studiosè affectata oratio, quæ infractum Eustachij animum flectere, aut expugnare valeret, quin ad instar insuperabilis ictibus adamantis, in sua semper sententia, & semel suscepta fidei immobilitate persistenter. Quibus ad Cæsarem delatis, Adrianus conceptum animi furorem iam amplius sustinere impotens, subi^{Adrianus} tanea^{Eustachium} sententiæ Eustachium vñā cum suis ad Leonum^{ad feras dā.} fossam condemnauit. Dici vix potest, quām læto animo, quanta animi exultatione hoc iam dudum desideratum nuncium acceperit Eustachius. Quare dimotis cæteris, vñā se cum vxore filijsque in remotiorem dominus locum recipiens, Diuinam in agone fortiter sustinendo opitulationem tota nocte implorans, suos ad constantem agendum exhortari non desinebat; Agedum in-

Quantum omnes ad Eustachium ad mentem reducendū laborant.

Exhortatio
Eustachij
ad suos :

inquit , cara Theopiste filijque in visceribus Christi dilectissimi , hora tandem venit , vt iam olim à IESV dulci Saluatorē nostro , in monte mihi prædicta compleantur ; Nouistis quām mirabili modo nos cœlesti visione illuminatos , ad veram , & vnicè salutiferam fidem , ex coecis Gentilitatis erroribus traduxerit ? quot quamque tragicis calamitatum casibus exercitatos Benignissimus Deus nos ad se misericorditer attraxerit ? vidistis quām ineffabili prouidentiæ suæ dispositione nos , qui iam perditī putabamur , in pristinæ vitæ societatem vnitos restituerit , qui profecto beneficiorum cœlestium cumulus tantus est , vt non nisi sanguinis effusio , ac mille mortuum generibus tam immenso Christi in nos amore par reddere queamus . Agedum Theopiste , agedum filij mei ; iam tempus est , vt animas nostras ponamus pro eo , qui pro nobis prius suam posuit , nil nos amplius teneat rerum transeuntium : cupiditas ; tempus enim huius caducæ mortalitatis breue nimium ad instar summi , & vaporis nullo post se reliquo vestigio transiit , transiit Mundi fauor , gloria huius seculi , honorum tituli , triumphorum splendor , & magnificentia , opulenta bonorum labentium possessio , uti iam experti estis , caduca sunt omnia & momentanea ; æternum est , quod diligere , quod ambire , quod sollicitè desiderare nos , & querere oportet ; Si nunquam , modò portam nobis vitæ æternæ , & nunquam desituræ beatitudinis aperi- tam habemus ; iam Christum Delum , & amantissimum seruatorem nostrum , ad nos iuxta promissa sua in Sem- pitierni gaudij tabernacula recipiendos præsentem pul- san-

Quemque sentimus. Nihil igitur nos terrenarum rerum cura moeat, nihil nos à charitate Dei, quæ est in Christo IESV Domino nostro, separet. Veniat super nos ira & furor Principum Mundi: Veniat crux, rotæ, ignis, ferrum, bestiarum dilaceratio, totius denique inferni ac Satanae tormenta in nos irriant, totum parum est quod patimur, pro eius amore, qui nos proprij etiam sanguinis profusione, tantopere dilexit: IESVS Mariæ filius Salus Mundi & Dominus, qui sempiterna sua prouidentia omnia moderatur, aderit nobis. Adrianus Cæsar corpora nostra naturali corruptionis legi obnoxia perdere quidem, in animas autem nostras ius nullum, nullam potestatem habere, potest. Hic Theopiste seruenti Eustachij exhortatione vehementer commora, conceptum Diuini amoris ignem iam amplius contine nescia, ad filios conuersa: Agedum filioli mei, audistis iam Parentis vestri ardens pro Christi amore moriendi desiderium; quid igitur restat, nisi ut mortem sustineamus cum gaudio, confusione contempta, nihil adeò difficile, dolorosum, pœnosumque sit, quod eius amore erga nos ineffabili non sufferamus. Eamus, eamus ad fossam belluarum nobis præparatam, laceremur eius amore, qui in amarissima sua passione, toto corpore dilacerari pro nobis voluit, & si bestiæ nolunt, vim ijs, ut deuoremur, faciamus. Hisce à Theopista Sancti Spiritus igne succensa prolatis, vna erat omnium voluntas vnicum patiendi desiderium, vna se pro diuini nomini s gloria in victimas offerendi deuotio. Hisce summo mentis ardore agitatis, eccè Apparitores adsunt,

F

qui

Theopistes
ad filios ex-
hortatio.

Ducuntur
ad foſam
Leonum in
theatro in-
numerabili
hominum
multitudine.
conferto

qui eos ad publicum funestæ scenæ theatrum magna equitum militumque comitante caterua educturi; Leonibus deuorandos iussu Cæsaris proiſcerent: Eustachius iam igne diuini amoris accensus, vti summo patiendi desiderio tenebatur, ita quoque vltro illis obuiam vna cum pignoribus suis processit, non iam in facie eorum vllum tristiriae & perturbationis signum, nulla mœroris aut indignationis nota videbatur, sed læto & hilari animo festino gradu, tanquam Agni Cœlestis nuptijs mox fuituri, non sine omnium stupore & admiratione progrediebantur vsque ad martyrij locum, vbi Christi milites denuò sese ad supplicia fortiter toleranda animantes, genibus flexis, oculis manibusque in Cœlum sublatris Leonum impetum operiebantur. Erat Theatrum innumerabili hominum multitudine, ad funestam hanc catastrophen, cui similem Roma non viderat, spectandam, refertum: Et gentiles quidem, victoriarum cumulum, quem militari virtute Romano Imperio pepererat Eustachius, considerantes, dolore simul & ingenti commiserationis affectu auersis oculis immanem Adriani sententiam veluti detestari videbantur; Christiani vero quorum ingens numerus confluxerat, Eustachij constantia, & incredibili animi fortitudine perculsi, intimentis iubilo exultantes, & ipsi pro Christo patiendi desiderio ardebant. Interim clathris speluncæ apertis, magnus omnes merus perculit, ideo quod Leones magno impetu, stimulante fame, in beatos Christi Martyres ruituri putarentur: Sed qui in Eacu Babylonico oratoryum aduo. Leonum, ne Danieli nocerent, cohibuit, is yisque, & hoc

Leones pe-
dibus se bea-
torum mar-
tyrum aduo-
luunt.

hoc in Eustachio Sociisque miraculum operatus est ; Si quidem Leones, omni deposita ferocia, ad instar agnorum ad genua Beatorum prouoluti , iam cauda ijs veluti ab blandientes , modò corporum sudorem lингentes ; vivunt poterant, suam in sacrosantas Christi victimas venerationem testari videbantur . Belluis verò hoc pacto ad beatorum Christi militum pedes prostratis , cum nullum inuasionis signum notaretur , neque ullum nocu[m]entum ijs inferri spectaretur , magnisque vocibus cuncti Magnum Christianorum Deum , hoc tam insolito miraculo concitati, clamarent . Rem totam ad Adriatum deferunt , qui ira & rabie furens , omnibus modis suis persuadere conabatur , infolium rei euentum minimè Eustachij in Christum fidei adscribi debere , sed vel magicis artibus Christianorum , vel ipsis etiam belluis , et quod enorme scelus & perfidiam Eustachij in Deos commissam feræ quasi detestatæ , ddesignatæ fuerint accedere eos , qui tam turpiter & contumeliosè Dij; contemptis ; crucifixi hominis honorem Deorum postposuerint ; unde maiora illis tormenta animo agitans , dicebat , aliud se animal preparatum , quod protinus suo sit officio probè functurum , Martyres ijs conficeret supplicijs , vt reliqui Christicola exemplum ad Cæsari imposterum obediendum sumerent . Bouem itaque æneum mox conflari iussit , ad quem prius vehementi flammorum ignitione candefactum , Sanctos Dei Martyres adduci iubet , vt formidabilem hanc tormentorum machinam intuiti , vel suscepiant Christi fidem descreverent , vel enormi supplicio perirent . Verum enim

Bos æneus
igne succen-
sus martyri
bus præpa-
ratur .

verò quorum pectora Dñi amoris ignis iam dudum succenderat, tantum abest ut à præparata sibi tormentorum machina abhorruerint, ut potius ad illam, veluti ad coelestis roris & refrigerij balneum, ardentissimo mentis desiderio anhelarint. Eminus itaque machinam ignitam fumantemque eum sacra sua familia contutus Eustachius, mox genibus flexis, oculisque in Cœlum sublatis, tanquam alterum Eliæ currum igneum, quo in Cœlum veheretur, præparatum conspiciebat: O suprema, inquit, mentium humanarum arbiter Deus, tu corda nostri omnium, te laudamus, tibi confitemur totis mentis visceribus, quia hodiè fecisti nobiscum misericordiam tuam, quod iam dudum anxia mente desiderauimus, iam tandem deuota mente obtinuimus; ecce in victimas tibi hodierna die offerimur; Accepta, benigne Saluator, hoc holocaustum sacrosancto nomini tuo præparatum, quemadmodum olim acceptasti sacrificium Patriarchæ Abrahæ; fac ut mors nostra tui causa suscepta, exemplo sit multis ad confitendum sacrosancto nominis tuo, & ne statuas illis peccatum, qui tormentis suis nobis tantæ felicitatis causa fuerunt: Da, quæsumus, ut vitæ laboriosæ cursu consumato, tibi summo, æterno & incommutabili bono vniatur. Hoc dicto sacer ille victimarum quaternarius uno ore clamabat: Benedictus Dominus Deus Israël; & deinde, IESVS Crucifixus Deus ac Dominus noster sit nobiscum, & eum omnibus circumstantibus, Amen. Hymno transacto, Lieores Beatissimes Martyres in unum fasciculum colligatos, in æstuantis Tauri ventrem ignibus atrocissi-

Beati martyres coniunguntur inter bouem

cissimis fœtum conjiciunt, clausoque ostio, admirabilem hunc Sanctorum Christi militum triumphum absoluunt. Vbi haud secus ac tres pueri Babylonici Dominō psallentes, non tam igniuomi bouis ardoribus, quam Diuini amoris igne succensi, in hymnis & cantis animas suas Conditori suo tradiderunt. Hadrianus verò cum incredibilem & inauditam Martyrum constantiam, & in acceptando ænei bouis tormento inuidam animi fortitudinem, sub perpetuo canticorum iubilo inaudisset, irà denuò in transuersum actus, iubet ut ex bove martyrum exemptæ cinerum fauillæ, ad perfidiae attestationem, ventis & aquarum vorticibus committerentur: Sed suo defraudatus desiderio, quod præceperat non obtinuit; ostio quippè Tauri aperto, Lictores sacra Christi pignora non dicam in cineres resoluta, sed nè ullum quidem ignis nocumentum accepisse, reperere: vestimenta pulchre sine ignis odore ullo composita, facies eorum nullum pallorem, nullum ambulationis vestigium, sed lætitiam quandam, viuacitatem, decoremque coelestem, non dispari odore, referebant. Quo viso miraculo, ingens continuò gentilium ad Christi ouile accessio facta fuit, qui omnes vnamini voce diuinorum operum magnitudinem, qui verè mirabilis est in Sanctis suis, prædicabant; Christiani verò sacra pignora quæ precibus, quæ nummis à Lictoribus haud iniuitis redempta, in propria Eustachij domo ritu solemnii, & qua poterant festinuitate sepelientes, quisque deinde compuncto corde, & submisso in terram vultu, quæ viderant, quæ audierant Dei Opt. Max. in seruis suis

Christianum
martyres incor-
rupti reperi-
ti, quos in
cineres re-
dactos pura-
bat Adria-
nus.

Ingenstgena
tilium ad
Christum
conuersio
vizo mira-
culo.

mar.

*Adriani in-
felix exitus.*

magnalia & admirari , & decantare non cessabant . At Adrianus perfidus Tyrannus tantæ constantiæ virtute confusus , cum plus se Martyrum interitu , tum gentilibus , ob memorabiles rerum euentus attonitis ad conuersionem ; tū in Christianis horum exemplo ad maiora etiam certamina sustinenda percitis profuisse , quām obfuisse cerneret ; nihil indē melior factus , non multò post acerrimis conscientiæ stimulis , ob tot Martyrum effusum sanguinem , pœnas luens , Cumis voluntaria veneni sumptione , infami & miseranda morte vltimū vitæ suæ terminum , vitam pertæsus , clausit .

Habes hic , Lector , Beatorum Martyrum , Sanctorum Eustachij , Theopistos & filiorum vitam paucis de scriptam , quām si paulò peniculatiūs confidēremus , nil horum Martyrum vitā tot casibus tragicis , tot portentosis euentibus refertā in vniuersa Sanctorum historia admiratione dignius reperiri , fateri cogemur . Huius itaque prima ad Christum conuersio vti originē suam ab eo loco , quem iam descripturi sumus , suscepit , ita quoque eundem , ea qua pár est , diligētia & exacto scrutinio inquisitum tunc exponemus ; vbi prius gloriosi Martyris , eam à qua descendit , profapiam descripserimus .

PARS

PARS SECUNDA.

Genealogia S. Eustachij, à primis Romanorum Regum temporibus in ultima ætatis nostræ tempora traducta.

PRÆFATIO.



POST expositam Sancti Eustachij, uxoris filiarumque glorioſorum Christi Martyrum vitam; reſtat ut vnde nam magnus ille vir, & tota Ecclesia celeberrimus Martyr Christi Eustachius ſuam duxerit originem, quinam ex posteris quoque ab eo deſcenderint, hoc velenuti argumento, ad noſtra historiæ veritatem maiori pondere ſtabiliendam peropportuno; imò neceſſario, in hac Secunda Parte exponendum duximus, quam quidem Genealogiam, uti ē varijs Archivis authoribusque fide dignis de prompsimus, ita quoque instituti noſtri fundamen tum adeò ijs conſirmatum iri confidimus, ut de ijs nemo imposterum dubius atque ancepſ effe queat.

CA-

C A P V T L

De Octavia Stirpis origine, à qua S. Eustachius descendisse ostenditur.

Quod recte & sapienter Isaías .cap.35. v. 10. dixit (*Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate, si posuerit pro peccato animam suam, viderit semen longatum & volantas Domini in manu eius dirigetur*) id miro quodam modo in glorioso Mart tyre S. Eustachio verificatum videtur. Habebat is antequam Christo iungeretur, numerosam sanguinis cognatione sibi affinium progeniem ex Octavia stirpe deduc tam, ex qua plerique, vti postea videbitur, post felicem Martyrij sui triumphum, tum ex multitudine admirandorum casuum, quos Christi amore subierat, tum ex ipsis sanctissima Vita tot diuinis probata oraculis, cognita tandem Christianæ Religionis veritate, nomen Christo dederunt; vt proinde mirum non sit, Deum Opt. Max. hanc Eustachianam familiam mercantis serui sui, tot iam saeculorum curriculis, ad glori osi Martyris sui honorem superstitem esse voluisse. Quemadmodum enim Divina & inscrutabilis sapientia in Lege naturæ Iobum, in iustæ patientiæ exemplar statuit, ita in Lege gratiæ Diuum Eustachium omnibus in afflictionum acerbitate constitutis, verum & genuinæ vite Christianæ ectyon normamque proponere sibi complacuit; Iobum enim vxoris, filiorum, bonorumque om-

Post martyrium S. Eustachij omnes cognati eius ad fidem converserunt.

Comparatio S. Eustachij cum Iobo.

ommium iacturā exerceuit , exerceuit & Eustachium vitā plena doloribus , æruannis , bonorumque omnium ; & miscranda vxoris filiorumque iactura , sed modo quodam contrario : Iobus post exanthatas calamitates & miseras rerum omnium perditarum restitutionem , vñacum vitæ fælicis diuturnitate liberorumque numerosa progenie obtinuit ; Eustachium verò diuina bonitas in pristinæ quidem dignitatis statum , nec non vxorem , liberosque perditos restitui voluit minimè tamen ad germinataū temporalium bonorum felicitatem vñsumque vti Iobum , sed ad mortem amore Christi cum vniuersa familia sua sustinendam destinatos , à transuorijs ad æternā , à caducis ad nunquam interiturorum bonorum felicitatem eduxit ; vt proindè diuina Clementia hoc tam imperturbabilis in aduersis constannæ , ac invictæ patientiæ exemplo , Diui Eustachij luculenter ostenderit , in tege gratiæ sine multiplici tribulationum exercitatione , iuxta æternæ Veritatis effatum , perfectam cœlestis vitæ felicitatem neminem consequi posse : Quia verò diuinæ bonitatis opulentia tanta est , vt sicuti labores amore Christi toleratos , multiplici bonorum foedere recompensare soleat , ita quoque posteritatem S. Eustachij ad ultima usque æratris nostræ tempora , fæcunda propagine , meritis serui sui traduci voluerit .

Verum ut hæc dilucidius exponantur , Genealogiam Eustachianam , magni sanè ad historiæ nostræ veritatem demonstrandam momenti , eà qua fieri potest perspicuitate attexamus . Tradidit præ cæteris hanc Genealogiam quam exactissimè , atque nostris obseruatio-

Nemo sine
tribulatione
æternam
felicitatem
consequi po-
test.

Longius
progenie la-
bores S. Eu-
stachij con-
pensavit
Deus.

50 Pars II. Genealogia

Franciscus
Zazzara de
fam. S. Eusta-
chi.

nibus appidò congregato, primus Franciscus Zazzara, Tomo II. de Nobilitate Italica, titulo de familia. S. Eustachij, Itabico idiomate conscriptam, cuius lectione, uti me non parum ad multarum hucisque incognitissimorum rerum notitiam profecisse fateor, ita quoque hic eandem ad stabilendum Historiae nostrae argumentum, ordine describam ab Octavia stirpis primordijs initium facturus.

Octavius
Mamilius
Tusculi Prin-
ceps funda-
tor Octavia
genitus an.
circiter 200.
V.C.

Omnium Romanorum Scriptorum autoritate, constat, anno ducentesimo sc̄rè ab Urbe condita, Octavianum Mamilium, potentissimum Tusculanæ Urbis Veteriarumque Dynastam vixisse; utpote qui iurisdictionis suæ terminos longè latèque, vel in ipsas Aequorum Volscorumque regiones extenderit; quam autem temporis celebris, quantà potentia clarus is fuerit, Dionysius Halic. l. 4. Ant. Rom. his verbis ostendit: *Ceterum Tarquinium Superbus cogitans ei, non iure par tam potentiam, opus habere non solum doméstico, sed etiam externo præsidio: Illustrissimum Lazioorum, omniumque potentissimum sebi invicti amicitia, data in matrimonium filia; ut vocatus, inquit, Octavianus Mamilius genusque referebat ad Thibagonum Ulyssis & Ciceronis filium, Tusculanum inselabat, resque militaris inter pance habebatur perissimum, & belis genendis Imperator idoneus, quem & alibi vocat, Virum staturā & robore omnium aetatis suæ hominum præstantissimum potestissimumque. Hic genus Tarquinij, factis, associa semper cum Romaniis bella gerit (de quibus consule Dionys.) donec tandem ab Aulo Posthumio Dictatore & L. Aciburno Rom.*

Duce

Octavius
Mamilius
nobore cor.
poris Latiois
antecelebat

Duce ad Lacum Regillum bello omnibus seculis memo. Octavius octabili fuisse cæsusque, Romanis victoriam concessit. Octauio itaque à Tit. Herminio in bello paulò ante memorato imperfecto, filij superstites post Tusculum in Romanorum potestatem redactum, in diuersas Latij partes, potissimum Velitas eorum iurisdictioni subditas dispersi, posteà municipatum adepti, Octauiam familiam Velitrani Octauij, inito cum illustribus Romanorum familijs matrimonio, ita auxerunt, ut ex eorum domo inter coeteros, Orbis terrarum Dominum Octavianum Augustum originem suam traxisse, in vita huius Suetonius referat: *Gentem*, inquit, *Octauiam Velitaris preci-
puam olim fuisse multi declarant; nam ricus celeberrimi-
mus, parte oppidi iam pridem Octauius vocabatur, &
ostendebatur ara Octauio consecrata.* Et paulò post: *Ea
gens à Tarquinio Prisco Rege inter Romanas gentes allata
in Senatum, mox à Seruio Tullio in patricidas traducta,
procedente tempore ad plebem se contulit, ac prorsus ma-
gno interuallo, per D. Iulium in patriciatum rediit.* Pri-
mus ex hac Octavia stirpe, teste Suetonio Tranquillo,
Magistratum populi suffragio caput, Caius Octavius
Rufus; is vir Quastorius Cneium & Caium procreauit,
à quibus fratribus duplex Octaviorum familia defluxit,
vti conditione, ita dominio diuersa. Cneius Veletrano,
Caius Tusculano potitus dominis; hic, & deinceps ab
eo reliqui omnes magnis suaci honoribus; ille ciusque
posteri seu fortuna, seu voluntate, qua quicunque suæ fœ-
licitatis fatum trahebat, in equestri ordine constituerunt,
usque ad Augusti Patrem Iulium Caesarum; quæ

Octauius occidetur ab Adlo Pothe
mio ad La-
cum Regili-
um prælio
omnibus se-
culis memo-
rabilis.

Familiam
Octauiam
fundante filii
Octauij Ma-
ritij.
Ex Octauia
familia Q-
cauianus
Angustus.

Suetonius
tranquillus
in vita Au-
gusti.

Caius Oca-
vius Rufus
genius Cu.
& Caium
ex quibus
familia Octi-
ania usque ad
Augustum
propagata.

52 Pars II. Genealogia

omnia fuisse acta, apud Suetonium videat Lector.

Cn. Octa- Ab hac deinceps descendit Cneius Octavius Aedi-
uius. Ediliis lis, anno Vrbis conditæ 543. trecentis ferè annis post
anno. V.C. Reipublicæ Romanæ, depulso iam Tarquinio, princi-
pium; hic in Africa Scipioni subuenturus, ventis ad-
uersantibus, vna cum ingenti navium apparatu in ma-
nus Carthaginensium venit, ut Liuius 28. & seq.
enarrat.

Cn. Octa- Hunc fecutus Cn. Octavius Decemvir, primus
uius decem- ex Octavia familia consularem dignitatem adeptus est.
vir anno 585. V.C. anno Vrbis conditæ 585, de quo Cicero in nona Phi-
lippica amplam facit mentionem, qui tandem ab An-
tiocho Rege Laodicææ occisus traditur.

Cn. Octa- Successit huic Cn. Octavius Consul cum Tito
uius Consul Rufo collega (teste Cicerone de Orat:) Rheticæ fa-
anno 626. cultatis peritissimus, vixit anno Vrb. Condit. 626.
V.C.

Cn. Octa- Huius loco subrogatus anno Vrb. Condit. 667.
uius Co ul. Collega L. Cn. Octavius Consul, qui L. Cinnam Collegata, quod
Collega L. Cn. Octavius Consul, qui L. Cinnam Collegata, quod
Cinna anno 667. V.C. leges pernicioſas ferret, Vrbe expulit, à quo deinde & ip-
ſe in C. Marij factione caelus interiit.

Propagatio- Atque hos quidem Octavios recto stemmate à
familia O- Cn. C. Octavij Rufi filio descendisse, ex varijs Autho-
ctauis à Caio. ribus ostendit Glandorpius in suo Onomastico.
Octauio fa-
cta.

Caij verò Octauij posteritas ita se habet.

Caius Octa- Ex hac Octavia stirpe, post complures Octavios:
uianus pro- plebas honoribus insignites, tandem exornus est C.
auus Augu- Octavius proauius Augusti, stipendia Tribunus militum
sti. fecisse fertur, Sabellio teste, in Sicilia secundo bello. Pu-
nico sub Aemilio Pappo.

Caius

rum penuria* bium, sat patet. Deerant enim architecti ad multitudi-
nem operum extuendorum, quorum inopiam agro ferens
animo. Constantinus, pro iis comparandis, ad Felicem:

præsidem, qui hæc verba relata à Baronio scripsit : *Architectis quamplurimis opus est; sed quia non sunt, sublimitas tua in prouincijs Africanis ad hoc stadium eos compellat, qui ad annos ferme duodeuiginti nati liberales artes degustauerint. Quibus ut hoc gratum sit, tam ipsos, quam eorum parentes, ab i s, que personis imponi solent, volumus esse immunes, ipsique qui dissent, salarium competens statui.* PP.Kal.Sept. Cartag.optato & Paulo Coß. Certe complures Ecclesiæ à Constantino hic & extra muros erectas, subitaneo opere exstructas sat declarant Templum SS.Petri & Marcellini, Albanense, Ostiense, Soractinum & nostrum in Monte Vulturello semidirutum aliaque, quarum tamen nonnullæ à posteris pietate Constantini moris, paulatim instaurari cæperunt, vñ nostrum à S.Benedicto.

Est, &c. hoc memoria dignissimum, quod tam celestes, & insignes in honorem Dei Sanctorumque tum Romæ, tum in alijs quamplurimis orbis Romani locis fabricis Constantinus crexerit; in nulla tamen illarum modestissimus Imperator, sui nominis memoriam titulum reliquie comperiat; unde verisimile est, Christianissimum Principem. illud, quod ante eum Imperatores magno studio atque anxio animo affectassent, id ex christiana animi submissione contempssisse; quod vel inde pater, quod Traianum Cæsarem, eo quod in singulis à se erectis monumentis nomen suum affixisset, à Constantino teste Aurelio Victore, passim per iocum herbam parietariam nominare soleret; quod sicut hæc, ita ille passim muris inhærens reperiretur.

Cur Constantius nomine suum Ecclesiæ non inscripsit.

De Traiano Constantini cæsum.

Eust.

110 Pars IV. Ecclesiæ B.V.

Etsi porrò nominis sui memoriam in nulla à se extorta Ecclesia reliquissime comperiatut, pretiosissimis nihilominus muneribus, & privilegijs, dictas à se Ecclesiæ ditare nō cessauit, adeò ut Deus Constantini pietatem incredibili iunctam munificentiaz in posteriorum memoria superstitem esse, & vna serui sui modestiam, & submissionem animi, summis laudum encomijs, quæ apud Authores leguntur, nulli umquam Imperatori concessissim exaltare voluisse videatur.

Donis pretiosissimis deditauit Ecclesiæ.


Sed vt ad Ecclesiam nostram Eustachianam revertamur, illam sat exornatam fuisse, cum marmorebus, tum musico opere, nonnulla fragmenta declarant. Videlur, & columnæ parvula ex alabastro orientali dia-phano supra portam Ecclesiæ lateralem, per quam ad rupem aditus fuit, muro inserta. Non desunt quoque columnæ striatæ, & tortuosæ, ijs, quæ hic Romæ in Basilicis Constantianis spectantur, quam simillimæ, quas in secunda Ecclesiæ instauratione ad ornatum assumptas fuisse verisimile est; sed, & superstes candelabrum, Cruces duæ una argenta, altera ænea auro obducta, quæ, vti similes sunt ijs, quas Constantinus Ecclesiæ Lateranensi in huic usque diem superstites donauit, ita quoque eas non aliundè, quam à Constantino profetas, nemo facile dubitarit. Verum cum ea in sequentibus amplius exposituri simus, his diutius non immorabitur.

Ecclesiæ
Deipare materialis constructio nobilis.

CA-

Fol. 110

*Sciagraphia, seu
Optica projectio Ecclesias deiparce
de Monterella -9-*



A-Altare maius. B-Altare seu sacellum Chori. C-Arcus. D-Sacellum S. Sylvestri E-Ex-
edra e qua Reliquiae populo monstrabantur.

Epi-

C A P V T I I L

*De secunda Ecclesie Deipara Eustachiana instauratione
à S. Benedicto cepta, & à posteris suis successu
temporis perfecta.*

Dictum fuit in Genealogia Sancti Eustachij, Ter-
tullum potentissimum Romanæ Vrbis Senato-
rem, Diuo. Benedicto intuitu Placidi filij sui, Monachi,
& Sancti Patris discipuli, amplissimatum Vrbium, op-
pidorum, pagorum tot latifundijs opulentorum patri-
moniorum, totam videlicet dictionem, quæ à Sublaco
Tusculum, & Velitras usque, & hinc ad mare se exten-
debat Octauiae gentis, à qua Tertullus descendebat
possessiones ex testamento reliquise, quas inter, &
Mons. Vvitarellus, vel ut Archiniam. Sublacense ha-
bet, collis. Altilii, vel Vltilli, cum circumfisis locis
connumeratum fluisse, Zazara ex Casinensis Monasterij.
Atchiuio demonstrat, & ex cap. 3. part. 3. huius ope-
nia patet. Et iā hunc usque diem in peristylio. Mona-
sterij Sanctæ Scholastice, Sublacis in duabus columnis
descripta leguntur, hac verborum epigraphe: In priori
quibus hic titulus est: *De triplici statu Abbatum Subla-
censium.*

Amplissima
douatio Ter-
tulli facta à
Beuedicto,

Epi-

Epigraphæ de triplici statu Abbatiaæ Sublacensis.

ABBATIA SVBLACENSIS, QVAE IAM INDE AB
De origine ORTV, HOC EST, A TEMPORE DIVI P. BENEDI-
& progressu
Abbatiaæ
Sublacensis.
Inscriptio. **CTI DOMINIO CASTRI SVBLACI, TVSCVLI CIVI-**
TATIS, PLVRIVMQVE INSIGNIVM CASTRORVM
DITATA FVIT EX DONATIONE TERTULLII CON-
SVLIS ROMANI S. PLACIDI GENITORIS DCCC.
ET AMPLIUS ANNOS, CVM MÈRI MIXTIQVE VSV
IN MANIBVS FVIT MONACHORVM NATVRALIVM
DOMINORVM, PENES QVOS ERAT ABBATIS ELE-
CTIO, QVI NON ALIVNDE ASSVMEBATVR QVAM
DE CORPORE CONVENTVS, ET SIC ELECTVS A
SVMMO PONTIFICE CONSECRABATVR, PERPE-
TVVSQVE ERAT.

IN HOC STATV, QVI PRIMVS ET NATVRA-
LIS FVIT, PERMANSERVNT MONACHI AD TO-
TVM FERE PONTIFICATVM VRBANI VI. HOC
EST, ANNVM CIRCITER DOMINI MCCLXXXVIII.
CVM E SVO ORDINE CREAVISSENT SEPTEM, ET
QVINQVAGINTA ABBATES.

VRBANVS VI. PERPETVITATE SERVATA AB-
BATES INSTITVIT MANVATES, AD NVTVM SEDIS
APOSTOLICAE MOVIBILES, AB EADEMQVE ELI-
GIBLES, E MONASTICO TAMEN ORDINE, QVI
SECVNDVS STATVS LCVII. DVRAVIT ANNOS, VS-
QVE AD CALISTVM III.

HIC PONTIFEX HOS ETIAM MANVALES AB-
BATES MONACHOS EXCLVSIT COMMENDATARIIS-
QVE PERPETVIS, PRAESVLIBVS SAECVLARIBVS
LOCVM FECIT, QVORVM PRIMVS FVIT IOANNES
CARDINALIS A TVRRE CREMATA, AB IPSOMET
CA-

CALISTO INSTITVTVS ANNO SALVTIS MCCCLVII.
 HVIC SVCESSIT CARDINALIS RODERICVS
 BORGIA VALENTINVS, POSTEA ALEXANDER VI.
 ET AB HOC TRÀNSFVIT COMMENDA IN COLVM-
 NENSES, APVD QVOS SVCESSIVA RENVNCIA-
 TIONE ANNIS CXVI. RESEDIT; QVORVM COLVM-
 NENSIVM NOMINA SVNT IOANNES, POMPAEVs,
 SCIPIO, FRANCISCVS, MARCVS ANTONIVS, CA-
 MILLVS, ASCANIVS, PROSPER, QVI E VITA MI-
 GRAVIT PVER, NEC SVSCEPIT REGIMEN, QVOD
 REDIUT IN ASCANIVM, QVI FVIT VLTIMVS E
 COLVMNENSIBVS, ET IN ORDINE COMMENDA-
 TARIORVM DÉCIMVS. HOC DEFVNCTO COM-
 MENDAM OBTINVIT SCIPIO CARDINALIS BVR-
 CHESIVS, ET AB HVIVS MORTE DVODECIMVM
 NVMERVM APOSTOLICA FELICITATE COMPLÉ-
 RVNT EMINENTISSIMI FRATRES CARDINALES
 FRANCISCVS ET ANTONIVS BARBERINI. ALTER
 TITVLATVS, RESERVATARIVS ALTER, QVOS DEVS
 DIVTISSIME SERVET.

SVCESSIT EMINENTISSIMVS CARDINALIS
 CAROLVS BARBERINVS PER RESIGNATIONEM
 CVM DOMINII RESERVATIONE EMINENTISSIMI
 ANTONII PATRVI SANCTIS MORIBVS PRAELV-
 CENTEM IVVENEM PRINCIPEM SERVET DEVS
 AD NESTOREAM SENECTAM.

Sic inscriptio Sublacensis.

Quàm verò amplio reliatarum tum à Tertullo,
 tum ab alijs possessionum Dominio dñata fuerit Ab-
 batia Sublacensis, epigraphæ factarum donationum in
 columnæ epistylj dicti Monasterij abundè testatur, &
 quia illa multum ad nostri instituti argumentum face-
 re videtur, eam hic supponam. Loca Alphabetico or-
 dine in epigraphæ describuntur.

P

Epi-

Loca que
 olim Abba-
 tia Sublacé-
 sis donatio-
 ne piorum
 possedit, iux-
 ta alphabeti
 cum ordinè
 disposita.

Epigraphæ donationis factæ Monasterio Sublacensi.

*Habes hic Lector nomina oppidorum & Urbium
ditionis huius, olim Sacri Prothomonasterij Sublacensis ex,
Archivio.*

AVGVSTA, ARSVLVM, AVRICVLA, ANTICVLVM
CORRADI, ANTICVLVM CAMPANÆAE, APRVN-
IANVM, APOLLONIVM, ATERANVM, ARBITRE-
TVM, ANANGVLA, ANTONII MONTIS CASTRVM.
S. ANG. CASTRVM.

BASILICIANVM, BABVCVM, BVBVRANVM,
BARINVM, BVTRANVM, BVCANVM, BOVARA-
NV.

CAMERATA, CANTORANVM, CASTELIVM
ANTIQQVM, CAMPITELLVM, CALICIANVM, CAR-
SOLVM CIVITAS, CASTELLVM PAVLAE, CERVA-
RIA, CERETVM, CIVITELLA, CISTERNEA, CRIP-
TVEA, COLLEMALVM, COLLIS ALTIUS, CASA
POMPVL.

DESTANVM MAIVS, DESTANVM MINVS, DE-
RVTVLA, DOMVS PULLVLAE CIVITAS..
EFFIDE.

FABIANVM, FLOKACIANVM, FERRONIANVM,
S. FELICITAS, FOLIANVM, FLVMEN FRIGIDVM IN
CALABRIA..

GENNA, GIRANVM, GALLICANVM, GABINIA-
NV.

IVBENZANVM, INTERMVANVM, ILICIS,
ROCCHA..

LORIANVM, LVCIANVM.

MARANVM, MALLICANVM, MALLIOEANVM,
MINIAMVM, MENVLA, MELATIANVM, MONECVLA,
MAS..

MASSA S. VALERII, MVRONIANVM, MONS CASALIS. NYMPHA.

OLIBANVM, ORILLANVM, OPINIANVM.

PONTIA, PISCIANVM, PICERANVM, PONTICELLVM, PATERNVM, ALIAS PENTOMA, PATERNELLVM, PASSERANVM, PVLVLA CIVITAS, PODIVM, S. PAMPHILII CASTRVM, PVCEIVM.

ROCCA CANTORANA, ROCCA S. STEPHANI, ROLATVM, RVBIANVM MAIVS, RVBIANVM MINVS, ROCCA DI LVTTE, ROCCA MARTINI, ROCCA DE MEDIO, ROSANVM, ROCCA DE SVRICI, ROCCA SICCA.

SUBLACVS, SAMBCVLVM, SALA CIVITAS, SCVRCVLÀ, SARACINISCVM, SIMPRONIANVM, STORAGIANVM, STORNELLVM, SERTINIANVM.

TREBA, OLIM TREBANA CIVITAS, TVCCIANELLVM, TVSCVLANVM CIVITAS, TVRPINIANVM, TVRIANVM, TRELLANVM.

VBERANVM, VRSANVM, VESANVM, S. VITVS.

Dysticon.

TEMPORA LABVNTVR, SVA QVAE SVNT ERIPIT
ORBIS,

ERIPIT, SORTEM NON GENVS ILLE RAPIT.

E quibus locis Monti Vulturello circumfisis, & viciniis, in oratione enumerantur Sicilianum, quod in Originali Sicilianum scribitur. Effide, Giranum, Collis Alatti, Cerewm, Sambucum, Appollonium, quæ ab alijs Massa Apollonia dicitur. Casti S. Angeli, Civitella, Olibanum, Piscianum, Rocca Sancti Stephani;

I 16 Pars IV. Ecclesiæ B.V.

S. Vitus, *Santo Vito* ad radices montis Vulturelli . Verum de hisce vide Cartam Chorographicam hic subiunctam .

Ex hisce itaque patet , Montem S. Eustachio sacrum, vna cum omnibus circumfatis locis iam enarratis, Abbatiae Sublacensis iurisdictioni paruisse . Quæ cum ita sint , nil restat, nisi ut iam Ecclesiæ Deiparæ de Vulturella denuò instauratae occasionem pari passu explicemus .

S. Benedictus Ecclesiam Vulturellam olim adixit, Ex continuata traditione constat , S. Benedictum, Gordiani Senatoris de Domo Anicia filium , cum diuino impulso Eremiticam vitam ducere constituisset , ac proinde varios montium tractus peragrasset , eo fine , ut locum ab omni humano consortio remorum inueniret , diuine tandem ductu in hunc quoquè locum Diuo Eustachio sacrum , nec non Sylvestrina Deiparæ Ecclesia celebrem concessisse ; Verum cum locum , oppidò rigidum , & magno hominum concursu certis anni diebus frequentatum videret , quietoris recessus amore , in Sublacensis montis declivi speluncam offendisse , quam cum ad solitariam vitam ducendam haud incommode compenerisset , ibidem , (solo S. Romano Erenicola hinc non ita remotè habitante , eius instituti consilio) substituisse , ac ibidem prima Ordinis sui fundamenta iecisse ; cum verò magno in dies discipulorum Diui Benedicti institutum sectantium multitudo cresceret (quos inter Placidus , & Maurus ob virtutum omnium splendorem præ coeteris Sancto Patri cariores existarent ;) Monasteria non solum in territorio Sublacensi-

censi , sed & in vicinioribus locis, ex hæreditatijs S. Placido relictis bonis ædificasle fertur , inter quæ vnum erat illud in Monte Vulturello , prope ædem Deiparæ, ob insignem loci celebritatem , quam ipse olim proprijs oculis spectasset , exiunctum , vti ex supra adductis testimonijs patuit .

Huius verò Monasterij (cuius rudera in hunc usque diem cernuntur , vti ex Ichnographia eius paulò post ponenda patet) extictionem , vnà cum Ecclesiæ Sylvestrinæ instauratione , primùm à S. Benedicto cæptam fuisse , post immensam hæreditatem S. Benedicto eiusq; Abbatæ Sublacensi à Tertullo Placidi patre relata , verisimile paret ; cum enim viciniora loca sui Ordinis iurisdictioni subiecta essent , pro eo , quo in Deum screbatur religionis cultusque diuini promouendi ardore , in hoc loco tantis à Deo oraculis illustrato , Ecclesiam Deiparæ iam ex varijs temporum calamitatibus labefactatam instaurasse ; & ne Dei Matrisque suæ cultus in hoc solitudinis recessu , successu temporis deficeret , Monasteriū Abbatæ Sublacensi , à quo non nisi 10. mill. passuum distabat , subditum , eique insertum fundasse , eo fine , vt sui Ordinis Monachi amore huius solitudinis ab omni mundani strepitus tumulu semoti , sibi Deovacarent , atque vnà Ecclesiam pietatis operibus destinatam , Monasticorum officiorum exercitijs , Sacramentorumque administratione , in solarium aduenarum illustrarent ; Constititque huius Monasterij incolatus tam diù , quam diù Abbatia Sublacensis , temporaliumque bonorum hæreditas stetit in manibus Mba-

S. Benedic-
tus ferulæ
li donatione
cunulatus
au. mū adie-
cit sic ad
aliorum , tū
ad huius mo-
nasterij ex-
tictionem .

118 Pars IV. Ecclesiæ B.V.

chorum dominorum naturalium , pedes quos erat
Abbatis electio, Monasteriorumque circumfitorum ad-
ministratio , videlicet à S. Benedicto usque ad Ponti-
ficatum Vrbani VI. 800. & amplius annis , quemad-
modum Columnæ epigraphe in monasterio Sanctæ
Scholaisticæ supra allegata ostendit , à quo libera Ab-
batis electio primùm sublata fuit , & Pontificum arbri-
trio reseruata , ita tamen , ut electio Abbatis à Pontifi-
ce sibi præscripta , Monasterij Sublacensis limites non
transgrederebatur , Papa deinde Calistus I I L. prius
exclusis Monachis , Præfulibus sæcularibus locum
fecit , donec tandem amplis illis primorum temporum
redditibus destituti , possessionibusque in alias familias
deriuatis , Monachi quoque circumfitorum cœnobiorum
defectu alimoniæ cedere , nec non ut alia , ita & mon-
tis Vulturelli monasterium relinquere coacti fuerint ,
quos seniores huius territorij viri , autem suorum
tempore adhuc hoc loco subditissime tradidit ; donec ante
40. circiter annos per incendium destructum , non nisi
quædam fundamentorum vestigia reliquit . Sed hæc in
sequentibus latius exponemus .

C A P V T I V.

*De hodierna Ecclesia Maria-Eustachiana constitutione,
accurata descriptio .*

Ecclæsia in Deiparæ honorem in Monte Vulturello
consecrata , eodem prorsus loco , quo eam Con-
stan-

stantinus extruxit, hodiè manet, & magnitudine, & distributione partium priori in nullo dispar; supra ijsdem fundamētis, quod quidem ob loci angustiam aliter fieri non poterat, ædificata, cuius dimensionem hic apposendam censuimus.

Longitudo totius Ecclesiæ 148. palmorum est.

Latitudo 60. Latitudo Nauis 52. Longitudo 133.
æceteras partes apposita Ichnographia docebit.

Nauis, ut vocant, Ecclesiæ in tres arcus, quos
quatuor columnæ seu pilæ sustinent, distribuitur, quæ
& utrimque alas sibi adiunctas latitudine & longitudine
pares habet; sequitur postea spatiū transuersum, to-
tam latitudinem Ecclesiæ explens; post hoc tholus Eccle-
siæ, quem *la Tribuna* vocant, Choro Monachorum,
olim destinatus; ad cuius sinistram Sacellum S. Eusta-
chio sacrum visitur; de quibus postea fusori descriptio-
ne agetur.

Explicatio
partium Ec-
clesiæ.

Sacellum
S. Eustachij.

Ad Sancti Eustachij Sacellum, ad Ieuam per
gradus sex ascenditur in duas mansiunculas, quæ ho-
diè seruiunt Eremicolæ commoditatibus; ad dextram
tholi partem porta existit, per quam ad S. Eustachij
rupem cryptamque aditus patet, ab Ecclesia non
nisi paucis passibus distata. Porta ampla, per quam
in Ecclesiam aditus fit ex parte occidua patet, è cuius
dextra Sacellum spectatur S. Sylvester sacrum, suo for-
nice instrutum, & varijs picturis, et si temporum iniu-
ria semirasis, illustratum; Ad nauis murum dextrum
ultra arcus exedra occurrit, in qua per scalam ligeam
appositam, ascenditur ad cameram Lypsanis Sanctorum.

Sacellum
S. Sylvester
dicatum.

Recondito-
rum reli-
quiarum.

rc-

refertam, quæ ad populi deuotionem concitandam ex exedra aduenis demonstrari solebant, qui pia consuetudinis usus vti olim, ita & in hunc usque diem durat.

*Altare
maius.*

Porrò in Nauis Ecclesiæ capite, cernitur Altare lignea Deiparæ Filium brachio gestantis 6. palmorum statuā instructum, quæ vti vetustate veneranda est, ita mirum quoque in modum aduenarum animos ad deuotionem excitat. Altare clathris ferreis circumdataum quaternis columnis cupulam sustinentibus instruitur. Ecclesia præter hoc principale, tribus alijs altaribus olim instructa fuisse videtur, quorum prius sub tholo; alterum in Sacello S. Syluestri; Tertium ad latus alæ sinistæ. Non procul hinc descendit in cameram quandam, quam ego olim sacristiam fuisse existimo: Cœterum Ecclesia neque laqueari, sed nudo recto operitur. Atque hæc est summaria quædam descriptio: nunc ad particularia huius Ecclesiæ ornamenta describenda calatum conuertamus.


§. I.

De Tabula lignea vetustissima.

In qua dedicatio Ecclesiæ in honorem Deiparae & S. Eustachij à Sylvestro consecrata, insculpta cernitur.

IN Sacello S. Eustachij, quod ad læuam Chori è regione rupis constrūctum cernitur, olim parieti affi-


Antiquissimæ Tabulae TYPVS qua Dedicatio Ecclesie Deipara



Paulin



zentum



affixa videbatur vetustissima tabula ex querno ligno composta, in qua rudi, propria istorum temporum, arte insculpta prima huius Ecclesiae dedicatio, à S. Sylvestro facta exprimitur, quam postea Dux Polanus, ne tantæ antiquitatis monumentum situ & squalore loci periret, in Polanae Arcis Bibliothecam intulit, ubi & in hunc usque diem, antiquarum rerum studiosis spectanda exponitur; quam, & nos ad atestandam historiæ nostræ veritatem, summo studio & diligentia designatam, ea prorsus fide, quam exemplar præfert, depictam, hic Lectori curioso exponendam cœsumus.

Explicatio Tabulæ.

TAbulæ latera A.B. & C.D. habent quinque palmos, & octo digitos. Latera A.C. & B.D. continent palmos 4. & tres digitos, ex ligno querincino seu ilicino elaborata, quam materiam sculptor tandem contra temporum iniurias, duratione constantiorem datâ opera selegisse videtur, exitiij quidem operis arte, quam Itali *basso rilievo* vocant, exsculpta, rudi tamen manu (vti inconditarum imaginum habitus luctuenter demonstrat) pro temporum conditione elaborata; Nam, vt in præcedentibus ostendimus, erant Constantini & Sylvesteri temporibus, Architecti & Sculptores adeò rari, vt eos ex Africa alijsque partibus ad Ecclesiæ, quas animo conceperat extruendas, acciri oportuerit, & Arcus Triumphalis Constantini, om-

Expositio
Tabulæ.

Q nium

nium eorum, qui hic Romæ spectantur, adhuc integrimus, sat superque ostendit: id confirmat Baronius in ann. Constantini VI. his verbis: *Quod igitur ad ipsum triumphalem arcum spectat, illud in ea propensius considerandum est, mirificum quoddam, & incredibile erga Constantinum. Senatus studium declaratum esse, & dum ad opus extruendum, minime detrectauerit illorum*

Arcus Con-
stantini ma-
gni triûpha-
lis, ex varijs
Romanæ Ur-
bis monu-
mentis crea-
Qus.

Imperatorum memorias demoliri, quas omnium carissimas habuisset, indequè egregie diuersis formis excultos lapides sublatos, ad Constantini triumphalem fornicem extruendum conferre; ex monumentis videlicet Marci Aureli ablata nobilia sepulturæ opera, diuersis in locis Constantini arcui intexta fuisse; quod non moda rerum antiquarum perito, sed & cuique suadì erat facile iudicare, dum conspicit diuersæ sculptura opus esse compactum, alterius quidem egregie & per insignis affabre factæ, alterius verò longè disparis crassioris Mineraria ruditè, impolite, antiquiora illa, haec autem eius temporis, quo superius novi dixisse meminimus, ob ingentem persecutionem qua Christiani omnes insigniores eius artis upifaces sublati essent, ares fratnaria collapsa penitus ridebatur. Haec Baronius; quam difficultatem sculpturnam & ego, quories per dictum arcum transitus datur, sat admittari non possum. Eodem igitur hoc rudi seculo, hanc Thibulani magistro rudi admodum, & enclyptice artis prorsus in experto, exsculptam fuisse, impropportionata imaginum symmetria clare ostendit.

In fronte itaque huius Tabule ornamentum positur vitis, quam duo capita A & B. in extremis angulis.

lis constituta ore retinent, quo nonnulli alludere voluis-
se existimant ad illud Christi: *Ego sum via, & vero
palmae;* alij ad vineæ Christi à duobus Apostolis Pe-
tro & Paulo plantaræ culturam, de quo hoc loco non
disceperamus. Ego certè familia ornamenta me in mul-
tis peructuissimis Ecclesijs hic Romæ, misi uo opere elabo-
rata spectabile memini, sive ea solius ornatus gratia, sive
ad mysterium aliquod innuendum facta sint, vnicuique
suum iudicium ello.

Post frontis ornamentum sequuntur duo arcus
duabus columnis contortis susti; supra quos occurunt
imagines, quas litteris E, F, G, signauimus, & E, G,
quidem SS. Apostolorum Petri & Pauli typos exprime-
re, nulli dubium esse debet; cum ea sub hac forma in ru-
pis cava, supra vetustissimam mensulam seu altario-
lum, eodem habitu sculpta reperiri, in Parte IIII, c. 1.
ostenderimus. Et confirmat id Christi Salvatoris no-
strí imago F, quæ inter virtusque fornícis nexum media
spectatur, quam SS. Apostoli stipare videntur. Imago Imago Sal-
uatoris in
tabula eius-
dem formæ
sub qua Po-
Salvatoris F. eiusdem prouersus formæ est, sub qua in De-
dicatione Ecclesiæ Lateranensis à Constantino extrectæ Pulo Roma-
no in dedica-
tione Eccle-
siz Latera-
nensis appa-
ruit.
Populo Romano apparuisse traditur, eiusque sub hoc
habitū extyponi passim, tum in dictæ Ecclesiæ Chori
fornice, tum in Cruce Constantini, iuri denique in
fronispicio exteriori Templi, quæ Portam Appiam
respicit, omnibus intransib; prima fronte ob-
vium cernitur. Sicut igitur dicta Salvatoris ima-
go, ob apparitionem Romano Populo facta, in
summa semper ab omnibus Christi fidelibus venera-

124 Pars IV. Ecclesiæ B.V.

tione habita fuit , ita quoque istius seculi opifices dictam imaginem , veluti ad exemplar quoddam cælitùs datum , impostorum Saluatoris imagines , quæ sculpeuris , quæ picturis exprimere conati fuerunt ; quod & huius Tabulæ sculptor præstare quidem contendit ; sed imperiâ artis impeditus , manum , quæ in politioribus imaginibus sub forma benedicentis semper exprimitur , ita ruditer expressit , ut quem gestum exhibeat , dispici vix possit ; laudandus tamen conatus eius , qui quoad potuit , & licuit , benedicentis Saluatoris manum exprimere studuit .

S. Sylvester
cum Acoly-
tis.

Sequuntur modò intra arcum K. Sanctus Sylvester , sub Pontificali habitu , nec non pallio seu stola Græcorum more , mitraque , & insula splendide exornatus , vñà cum Acolyto M. vestimenta eius sublevante , ad altare signatum litteris X L (in quo etiam haud obscura Crucis vestigia cernuntur) sub benedicentis , & consecrantis habitu adficit . Intra arcum verò H. Ministri se exhibent , quorum prior dextrâ thuribulum , leuà vas quoddam continere videtur , (siue id acerram exprimat , siue vas sacri olei , quod in consecratione Ecclesiærum adhibere solebant Pontifices , perindè est) hoc ex historia Ecclesiastica nobis constat , Sanctum Sylvestrum primum fuisse , qui Ecclesias à Constantino Roma eretas ; summa cum solemnitate ceremonijsque consecrari , modumque successoribus obseruandum legi data præceperit ; de quibus vide Lectiones secundi Nocturni , in officio quod dicitur 9. Nouo in festo Dedicat . Ecclesiæ Lateranensis . Post hunc sequitur alter .

alter minister, pedo pastorali, & libro, vti arbitror, rituali instructus; vt proindè ad perpetuam rei memoriam, dedicationem Ecclesiae B. Virginis de Vulturella, à S. Sylvestro factam, sculptorem hoc rerum apparatu repræsentare voluisse, nemo amplius dubitare debeat; ne verò ab alio quopiam Episcopo hanc dedicationem factam fuisse dici posset, ipsi S. Sylvestri imagini retrò nomen eius quoque addere voluit. SYLVESTER, vti in Tabula patet; & ne quicquam deesset, in ipsius Altaris fronte mensem diemque Dedicationis iunxit.

Mirum tamen cuiquam videri queat, quod annum Christi non addiderit; huius rei duplex causa adserri potest; vel ignorantia sculptoris, qui cum tunc temporis magna ærarum diueritas vigeret, quam ex ijs eligeret, se determinare nescierit; vel etiam quod constare iam putaret omnibus annum, vel tempus, quo Sylvestris celeberrimus Pontifex vixerit; vndè nomen Pontificis posuisse idem erat, ac tempus sculpturæ determinasse. Addo, quod veteres Christiani in suis monumentis, ut plurimum annum Christi omittent, quod cùm in Romanis veterum monimentis posteritati relictis, tūm in Ecclesijs Coemiterijsq; subterraneis luculenter appareret: in quibus vix vñquam annum Christi descriptum reperiās, quæ negligentia exactos antiquitatum exploratores non parum perplexos reddit. Quod verò nec in hoc, nec in alijs Ecclesiae inscriptionibus Constantini nomen appareat, istius causam iam suprà ex Baronio innuimus, eum Constantini modestia, & summa animi submissio, soli Deo gloriam datura, ne ipsius nomen publicis.

*Cur annus
Christi in-
Tabula nom-
appositus
fuerit.*

*Cur omis-
sus Constan-
tini nomen?*

Ec.

126 Pars IV. Ecclesiæ B.V.

Ecclesijs, alijsque monumentis adscriberetur, lege veteratur.

Itaque inscriptio quæ in fronte altaris, omni proiectione optica ex sculptoris imperitia neglecta, rudi stylo insculpta cernitur, ita sese habet:

| |
|----------------|
| MEN. OC. D. |
| XXIIII. DE |
| DICATIO |
| BEATE MAR |
| IE + VVLVILLA. |

hoc est:

MENSE OCTOBRIS, DIE
XXIV. DEDICATIO BEA-
TAE MARIAE IN VVL-
TVILLA.

Inuenitur & hæc eadem inscriptio in marmorea Tabula pilæ primæ, ad dextram clathrati Altaris inserta.

Vocis Vvl- Sed quid iam fibi velit vox Vltuilla, exponamus.
tuilla origo.

Variae sunt de hoc nomine eorum, qui huius Ecclesiæ antiquitatibus studuerunt, coniecturæ. Quidam ex senioribus presbyteris mihi retulit, se in Manuscripto quodam libra legisse, inde Ecclesiæ hoc nomen. Vltuilla inditum, quod cum de construenda Deipara Ecclesia in hoc loco consultum esset, neque conuenire possent, B. Virginem S. Syluestro in somno apparuisse, dixisseque, eo in loco sibi Ecclesiam condiscere velle, in quo filius suus tanta cum seruo suo Eustachio miracula operatus fuisset; unde S. Sylvester diuino monitus oraculo, ad rupem Eustachianam ut construeretur Constantino suasit; verum cum loci angustiam Architecti obijcerent, S. Pontificem dixisse, ædificetur ubi Vltilla, scilicet Deipara, unde vox illa Vlt illa, Ecclesiæ apud posteros, ex verbis Sancti Sylvestri, ubi Vlt illa, in hunc

hunc usque diem mansit ; quod utrum verum sit , vti de hisce nullum extat vestigium , ita quoque meum interponere iudicium non sum ausus . Ceret Fattorius in suo libello sincerè fatur , originem huius se nescire , ac proinde corruptum vocabulum putare . Verba cius sunt : In questo luogo stà situata una Chiesa dedicata alla Beatisima Vergine , detta già Santa Maria in Vltuilla , hora non sò per qual corrotione di vocabolo , chiamata Santa Maria della Montecrella . Et Paulò post describit quoque vestitæ paulò ante expositæ tabulæ , unâ cum inscriptione formam ; postquam enim hoc in loco Christi intra cornua Cerui apparitionem S. Eustachio factam descripsisset , sic porro loquitur : Viene confermata questa tradizione d'una antichissima tavola , nella quale si vede scolpito un sacerdote con habitu pontificale , in atto di consecrare un'altare , e parecchio gli stanno appresso due ministri , che lo seruono delle cose necessarie alla consecrazione ; dietro le spalle del Sacerdote stà intagliato per il lungo come si vede in altre memorie antiche . S. Silvestra , e nella faccia d'auanti dell'altare . Die 23. Oct. dedicatio B. M. in Vltuilla .

Fattorij re-latio .

In hac descriptiōne vides , Fattorium epigraphen hanc , non prout in originali Tabula videtur adduxisse ; quare Lector illam , quam nos paulò ante exhibuimus , tanquam veram & genuinam esse censet , cum enim nihil in ea tam perplexum , & intricatum sit , quam haec vox Vltuilla , nos omni diligentia adhibita , illam non uno modo legi posse reperimus ; quod ut patet me explicò :: Vox hisce litterarum tricis scribitur :: +
quæ

Origo Vociis
Vulturella.

quæ particula non crucem, sed +, id est, in per abbreuiationem notat, altera sic scribitur: VVTILLA, quæ & Vltuilla & V.lturilla atque legi potest: neque obstat marmorea tabella suprà inmemorata, quæ hanc vocem distinctius exhibet, sc. VVLTVILLA. Verum vti hæc tabella marmorea non primis temporibus conscripta fuit, ita quoque posteros nomen hec, quantum comprehendere poterant, ex tabula descriptum, Vltuilla reddidisse verisimile est, quod sicuti clarè & sine tricis legitur, ita quoque cā, quæ in tabula lignea intricata cernitur, neglectā, hanc vocem iuxta descriptiōnem in marmorea tabella distinctius insculptam Vltuilla (quæ vox in hunc usque diem perseverat) continuata denominatione, posteri retinuerunt. Nos verò cum in præcedentibus ex fide dignis authoribus, hunc montem olim Vlturellum vocitatum suisse ostenderimus, hinc in tabula, loco Vltuilla, Vlturella legi quoque posse reperimus, utpote in quo unica columnad littera R ab V. discrepet, idque is solus verum inueniet, qui sagaciori oculo connexionem litterarum rimatus fuerit. Atque hæc de voce Vltuilla sufficient. Unde verò monti, Vlturelli nomen sit inditum, si nosse cupis, scias in huius præaltis rupium scopulis nulli mortaliū accessibilibus, vultures potissimum vti olim, ita hodiè nidificari solitos, quare à multitudine vulturum ibidem nidificantium, montem Vlturinum, seu Vlturellum vocatum suisse, vti Zazara scitè deducit, quin & montes Prænestinos ab accipitrum vulturumque copia dictos Vlturinos, Plinius & Solinus asserunt. Vnde

verò

verò vox Monterella , qua B. Virginis Templum hodiè Origo vocis
Monterella. denominatur , originem suam sumperferit , nemo est qui dicere potuerit ; Certum est à monte , in quo Ecclesia posita est , nomen sumplisse ; verùm cum mons ille maior sit , quām ut diminutiuum monticulus seu Monterello ipsi congruat ; ego sanè saluo aliorum iudicio , hanc denominationem non aliundè profluxisse putem , quām à rupe illa S. Eustachij , quæ vti à monte reliquo , cui innititur , seiuēta , nonnullam quoque in summitate latitudinem habet , ita non dumtaxat olim Monticulum dictum , verùm & hodierna die quoque à nonnullis Monterello dicitur . Si quis verò hanc denominationem acceptare renuat , is hunc vastum montem , Monterella per antiphrasim ita dictum fuisse sibi persuadeat , vti Aetna sub diminutiuo Mongibello , vastæ pyramidum moles non obeli , sed diminutiuo nomine Obelisci dicuntur , & hisce similia , de quibus superuacaneum foret , plura dicere .

Expositis iam ijs , quæ ad consecrationem Ecclesie à Sylvestro peractam , & in Tabula expressam pertinent , restat ut secundam Tabulæ partem pari passu prosequamur . Post arcus aliud tabulæ spatiū occurrit , in quo Ceruus Saluatoris imaginem intra cornua gerens more solito , rudi & impolita manu elaboratus exprimitur ; quo quidem nil aliud indicare voluerunt Tabulæ huius curatores , quām vt hoc ipso ostendatur , Ecclesiam in eodem loco , in quo Christus Saluator noster intra cornua Cerui visus , Placidumque venatus , ex gentilitate cæcitatibus pelago , in veritatis Euangelicæ rete eduxerit ;

Explicatio
secunda par-
tis in tabu-
la , in qua
Ceruus cum
Saluatoris
intra cornua
imagine cer-
nitur .

R

xerit ;

130. Pars IV. Ecclesiæ B. V.

xerit; ut proinde hoc ipso Ecclesiam hanc in honorem non solum Deiparæ, sed & S. Eustachij ex parte consecratam fuisse significare voluerint; Dux ex parte, quia Sacellum tantummodo in Ecclesia S. Eustachio consecratum reperitur, in quo & hæc peruetusta tabula singulari cura, multis seculis conservata fuit, donec circa annum humiditate nonnihil corropta (ne squalore loci vterius, suæ detrimentum integratatis incurreret) in Musæum, Galleriam vocant, Polani Ducis, veluti in cultiorem tutioremque locum translatâ fuit, ubi & etiamnum durat.

Cur in hac figuræ crucifixus non scitur? Circa hanc picturam non exiguum dubium natura crucifixus non crucifixus, sed subsum sed imago Saluatoris imagine intra Cornua positus cernatur, cum tertia tenet apud omnes passim vitæ S. Eustachij scriptores, Crucifixus ei comparuisse legatur. Dico id factum esse quod ex veterum Christianorum traditione, reuera Christus non Crucifixus, sed sub. Saluatoris imagine, incredibili luce perfusus ipsis primum, ut in vita eius ex S. Ioanne Damasceno recensuimus, comparuerit, & eo proflus modo, quo Populo Romano in prima Ecclesiæ Lateranensis dedicatione apparuisse legitur; quod si quispiam agnosceret nolit, dicemus Saluatoris imaginem Christianorum veterum directione, a sculptore sub ea ferè forma, quam Saluatoris imago in Lateranensi Ecclesia passim refert, expressam fuisse; cum verisimile sit, omnes Salvatoris imagines, imposterum ad primi istius miraculosi exemplaris formam effigias fuisse, ut supra quoque tradidimus. Relinquamus itaque Sancto Huberto, Christum.

Stum inter Cornua Cerui Crucifixum, & S. Eustachio suum inter cornua Cerui Saluatorem, pro ut deuotio cuiusvis exigit: nè verò rudit illius sculptoris nomine posse steritas nesciret, illud hoc verborum titulo ponendum censuit: MAGISTER GVILLEMVS FECIT HOC OPVS.

Restat denique inferior Tabule pars signata litteris P. Q. C. D. in qua lenticulares quadrangularesque concavitates alternatim dispositæ videntur, quibus hanc dubiæ varijs pretiosi lapides, ad operis splendorem ornamentumque olim inserti cernebantur, qui posteris tamen temporibus vel furto sublati, vel in alios fines dempti, hæc solas cauitates reliquerint; atque adeò hoc schemate rudit sculptor, figura hac quadrangulæ nil aliud, quam pauimentum Ecclesiaz exprimere voluisse videatur.

Atque hæc est tabula vetustissima, olim in sacello Ecclesiaz Diuo Eustachio sacro, meò in palatio Ducis Polani exposita, quæ Ecclesiam Beate Virginis de Vulturella à Constantino Magno fundatam, atque à Sancto Sylvestro consecratam in hoc eodem loco, vbi Christus tanta cum Seruo suo Eustachio miracula operari dignatus fuit, ita clare & evidenter demonstrat, ut si continuata iam à complurium seculorum omnis de hoc loco traditio deforet, illa sola ad historiaz veritatem demonstrandam sufficere possit.

*De Sacris Crucibus et cunctis Candelabris, quæ
in hunc usque diem in hac Ecclesia
conseruantur.*


Cruces &
Constantino
Ecclesiæ
listæ.

TRes in hac Ecclesia Cruces reperiuntur; una lignea, quæ in Choro Ecclesiæ, quam *la tribuno* vocant, mure affixa videatur, pariter antiquissima, & illi quæ Cirolijs, Anconam inter & Lauretum, magno peregrinorum confluxu frequentatur, adeò sive magnitudinem, sive Christi in cruce pendens formam spectans, similis, ut ab uno, & eodem magistro confecta videatur. Sunt, & ibidem duæ Cruces, una argentea cum Christo pendente, quæ pedes binis clavis transfixos monstrat, quod & in præcedenti Crucifixo videatur; altera ex aurichalco varijs imaginibus tum in antica, tum postica parte elaborata; prior facies Christum in cruce pendentem exhibit, quem virimque in extremis angulis stipant Beatissima Virgo, & S. Ioannes Evangelista, in superiori crucis fronte, Angelus corollam manibus gerens, expressus videatur; in radice sive infimo crucis angulo, figura ad mitræ effigiatæ similitudinem occurrit, à quo vitis per quaternas Crucis partes panicinos extendit botris confertos, quo ad illud Christi *Ego sum vitis, vobis palmites,* utique alludere videtur. In postica verò parte, Agnus cum vexillo quatuor Evangelistis stipatus occurrit, vitis pariter per quaternas Crucis partes deductis palmitibus. Verū ut hæc Lectori lucu-

Iuculentius pateant, hic figuræ apponendas duxi.

Has Cruces à Constantino huic Ecclesiæ reliquæ, cum pluribus argumentis comprobari potest: Prior ex continuata horum donorum à Constantino factorum traditione; secundò ex consuetudine Constantini, qui nullam Ecclesiæ extruxisse dicitur, quam non vna etiam Crucibus, candelabris, vasis sacris, similique Ecclesiastica supellestili, nec non pro conditione Ecclesiarum, auro, argento, æneo apparatu vna cum amplissimis redditibus instruxerit, quemadmodum uberrimè ex libro de munificentia Constantini, Baronius demonstrat, & in Crucibus argenteis à Constantino Magno Lateranensi Ecclesiæ reliquis, in hunc usque diem integerrimis, eceterisque aliarum Ecclesiarum vasis sacris videre est: Certè hæ omnes quoad formam, Crucibus Lateranensis Ecclesiæ adeò similes sunt, ut non aliunde quam ab eodem donatore profectæ videantur. Minor Crux argentea utrū est vetustissima, ita Sylvestrinorum quoque temporum ruditatem aperte docet; Maior vero ex aurichalco, quam hic exhibemus, antiquissimam esse, hinc patet, quod hæc ipsa Crux in recondita quadam Polani territorij crypta, dum vineam excolunt, palis ligonibusque detecta, atque eruta fuit, in vinca, inquam, quæ olim ex Ecclesiæ Eustachianæ possessiōnibus una erat, ab immemorabili tempore abdita, hoc seculo tandem subterraneo loco inuenta, quam utique tanquam pretiosum antiquitatis monumentum à Constantino reliatum, Monachi, Gothorum forsitan immanem irruptionem fugientes, ibidem tanquam ab omni-

Crux in agro posse-
fionis Eu-
stachianæ
abscondita
tandem ca-
su reperta
fuit.



*Candelabrum
heptalych.*

*Aeneium
nuchon*

omni violentia tutam, vna cum alijs pretiosioribus absconderant.

Sequitur Candelabrum heptalychnum, septem cereis portandis aptum, sex palmis altum, in superiori parte tribus latum, quod sane magnam antiquitatem praefert, multipliciter annulorum hinc inde mobilium ordine instrutum, cuiusmodi & hic Romae in veterum Basilicarum Choris spectantur, quibus quidem heptalychnachis nil aliud, quam septem Candelabra apocalyptica, quae septem Afiæ Ecclesiæ referebant, vel septem spiritus seu Angelos, qui semper in conspectu Dei stant, exprimere voluisse videntur. Verum ne quicquam consideratione dignum emisisse videamus, hic eius figuram apponere vitum fuit.

Lysana quoque, quæ in hac Ecclesia reperiuntur, rara sunt cum primis, & pretiosa. Sunt inter cætera, insignis primum Sanctæ Crucis particula, Apostolorum ferè omnium nec non SS. Stephani, Clementis, Cornelij, cæterorumque Pontificum, S. Laurentij, aliorumque Martyrum, quæ in hunc usque diem in Depositorio separato, ad quod non nisi per scalaris portatilis applicationem ascenditur, collocata, certis dierum solemnitatibus populo, ad devotionem excitandam, monstrantur.

Candelabrum.

CA-

C A P V T . V.

*: De Picturis que in Ecclesia B.Maria de Vulurella
adbuc reliqua spectantur .*

Eccl^{esi}a itaque Deiparæ, vti à S. Benedicti temporibus (quantum ex supra memorata Sublacensis Monasterij inscriptione coniūcere licet) ad 800. circiter annos varias temporum vices fortita fuit, ita quoque non exigua incommoda passa fuit, extorris videlicet & semi-rutis omnibus antiquorum temporum picturis, donec anno 1305. Prior Nicolaus nomine, Monasterij, de quo paulò post, dicta vastitate motus, & Ecclesiam & Altare Deiparæ, columnis egregiè elaboratis (quas haud dubiè, ex antiqui templi ruderibus eruerat) denuò instaurauit, Altare quoque cupulâ ei superpositâ texit; atque hoc ita esse, inscriptio posteriorum columnarum, cui cupula innititur, in transuerso lapide, quem aliqua ex parte statua Deiparæ tegit, hisce verbis docet:

ANNO CHRISTI MCCCV. V. PRIOR
NICOLAVS OPVS HOC F. FECIT.

Deficientibus verò priorum seculorum picturis, quarum adhuc nonnulla, et si per exigua vestigia existunt, & non nisi per dissolutas calcis superinductæ crustas elucent, alijs quantum ex differenti pictorum stylo obseruare licet, diuersis temporibus, differentibus picturis Ecclesiæ exornatam fuisse reperio, quæ tamen omnes ferè aut B. Virginis mysteria, aut historiam S. Eustachij exhibe-

Instauratio
Ecclesiz.

hibent. In tholo seu choro, magna picturarum varietas se offert, quarum tamen quædam decidentibus calcis crustis quid retulerint, vix dispici potest; ex nonnullis tamen signis, ibidem ex una parte consecrationem Ecclesie à Sylvestro factam, magnâ Diaconorum, Subdiaconorum Ministrorumque turbâ comitante, depictam; ex altera parte vitam Christi & B. Virginis, unâ cum Ceruo Diui Eustachij, qui nullibi deest, expressam fuisse, rem diligenter examinanti patebit. Altare vero Deiparæ ligneam continet capsam, in qua statua D. Virginis reponitur, cuius valuae ex una parte S. Eustachium cum ceruo, ex altera parte S. Sylvestrum Pontificem, S. Benedictum, S. Placidum aliosque forinsecus depictedos exhibent, luculenta sanè consecrationis à S. Sylvestro ad rupem Eustachianam factæ, & à S. Benedicto instauratae indicia. Est & in fine Ecclesiæ iuxta portam, Sacellum S. Sylvestri, fornice instruatum, quod olim magna picturarum varietate exornatum fuisse, nonnullæ adhuc reliquæ demonstrant; Inter cœteras tamen picturas, potissimum eminet illa adhuc integra, quæ Baptismus Constantini à S. Sylvestro peractus exhibitur, eo prorsùs modo, quo depictum hic exhibemus; cœteræ Sacelli partes duodecim Apostolorum in arcubus, & in fornice quatuor Evangelistarum imagines demonstrant. Progradientibus iam per templum, antiquissimæ pasim picturæ, quæ tum Deiparam, tum historiam Christi, in parietibus exprimunt, occurunt; quo vero anno ultima huiusmodi imaginum instauratio acciderit, sub imagine Beatissimæ Virginis, qui ingrediuntur

S

Tem-

Sacelli S:
Sylvestri pi
etur,



Templum ad laevam nauis partem, supra medium ar-
eum templi obvia, hoc verborum tenore, ostenditur:

M. BARTOLOMEVS DE SVBIACO
CVM BONA FIDE PINXIT HOC OPVS. ANNO
M. CCCCXXIII. D. XV. SEPT.

Ex quibus aperte liquet, alios & alios huius Mona-
sterij Patres, Priors, Abbatii Sublacensi subiectos, diuer-
sis

Sis temporibus hanc Ecclesiam picturis varijs à pictoribus Sublacensibus exornari curasse : Nicolaus enim Monasterij huius Prior, qui anno 1305. Cupulam Altari Beatæ Virginis super impositam fieri curàrat, hunc, qui anno 1424. Ecclesiam picturis renouari iussit, 119. annis præcessit ; quæ verò in pylis Ecclesiæ depictæ sunt, SS. Antonij, Benedicti, Scholasticæ imagines, ad ultimam instaurationem pertinent : Inter cæteras verò imagines videtur & miles toto corpore armatus, capite in coronam tonso, cuius totum corpus horridi serpentis spiris circumvolutum cernitur, vt in subiecta figura patet, de quo variæ opiniones sunt. Quidam imaginem S. Gregorij esse putant ; alij ex huius Monasterij traditione afferunt, non procul ab Ecclesia fuisse cauernam, in qua ingens Draco non sine graui Monasterij damno stabulabatur, hic præterquam quod bestias hominesque magno indigenarum terrore infestaret, aërem quoque virulento suo habitu corrumpebat ; & cum diù de auertenda hac peste deliberatum fuisset, tandem Monachum quendam sese in certamen cum Dracone obtulisse, quod cum periculo non vacaret, pugione instrutum, totoque corpore loricatum contra Draconem processisse ; Belluam verò mox sibi obuium spiris suis implexum circumdedisse ; at post longam luctam, Monacum belluam pugione intra fauces eius adacto, tandem confecisse ; sed enim & ille à pestifera lue minime immunis euasit, dum virulento serpentis halitu infectus, paucis post horis extinctus fuit. Vnde ob huius religiosi militis, qui animam suam pro bono communij

Monachus draconem interficit,

S 2 po-



posuerat memoriam, hanc in Ecclesia imaginem, ad perpetuam rei memoriam. Monachos superesse voluisse, ferunt. Cauernam in qua stabulabatur Draco, indigenis ad eam curiosè explorandam mœconduentibus, proprijs oculis conspexi. Certè vti scopulosus horum monas-

montium tractus, horridissimis cavernarum meandris refertus est, ita quoque non nisi Draconum cubilia, serpentumque, qui in huiusmodi sylvestris scopulosisque locis ut plurimum stabulantur, nidos referre videtur, ut proinde historiae à Monachis ad posteros transmissæ, non omnem fidem abrogandam existimem. Sed iam omnibus quæ in Ecclesia digna consideratione reperiuntur, expositis, nil restat nisi ut calamum ad Monasterium describendum admoueamus.

C A P T . V E

*De Monasterio Ordinis Dini Benedicti Ecclesie adnexo,
eiusdemque redditibus.*

Dictum fuit in præcedentibus, amplissimam à Tertullo Senatore Romano, Sancto Patri Benedicto, intuitu filij sui Placidi donatione relictam fuisse, vnde uti is Abbaria Cassinensis & Sublacensis, omniumque circumiacentium locorum hereditatem, veluti legitimus Dominus adiit, ita quoque Dei famulum, dum in viuis adhuc esset, ex tanta bonorum possessione protinus complurium Monasteriorum fundationem ordinum fuisse; arque inter cetera quoque, hocc in monte Vulturello, iam suæ iurisdictioni subiecto, ubi olim commoratus fuerat, quemque plenam deuotionis locum compererat, Monasterium, tum ad Monachorum solitudinis amantium solatium, tum ad Ecclesias Dei patrum à fidelibus adeò frequentataz administrationem,

ex-

